Reducit omnes nominum diuinoꝝ dr̄ntias ad duas qꝛ quedā dicuntur relatiue ⁊ hec ꝑtinent ad personas. Quedam ad se. ⁊ hec dicuntur de omnibus simul. c

c Sciendum est ergo ꝙ illa q̄ ꝓprie ad singulas ꝑsonas ꝑtinent. relatiue adinuicem dicunt̄. sicut pater. ⁊ filius. ⁊ vtriusq; donum spiritussanctus. Ea vero que vnitatem essentie significant. ad se dicunt̄. ⁊ ea q̄ ad se dicunt̄. substantialiter vtiq; dicunt̄. ⁊ de omnibus cōiter. ⁊ de singulis singilatim dicunt̄ ꝑsonis. ⁊ singulariter non pluraliter accipiuntur in summa. vt deus. bonus. potens. magnus. et hmōi. Que aūt relatiue dicunt̄. substantialiter nō dicunt̄. Vnd̄ Aug. in. v. li. de tri. ait. Quicq̄d ad se dicitur. p̄stantissima illa ⁊ diuina sublimitas substātialiter dicitur. Qd̄ autē ad aliquid d̄r. nō substātialiter d̄r sed relatiue. Tantaq; ē vis eiusdē sub̄e in pr̄e ⁊ filio ⁊ spūsācto vt quicquid de singulis ad seip̄os dicitur. non pluraliter in summa. sed singulariter accipiatur. Dicimus em̄. pr̄ est deus. ⁊ filius est deus. ⁊ spiritussanctus est deus. quod ꝑm substantiā dici nemo dubitat. Non tamē dicimus hanc trinitatem esse tres deos. sed vnum deum. Ita dicitur pr̄ magnus filius magnus. et spūssanctus magnus. non tres magni sed vnus magnus. Ita etiā oīpotens pr̄. omīpotens filius. omīpotens spūssāctus. d Nō tn̄ tres oīpotentes sed vnus omnipotēs. Quia ḡ ad seip̄m d̄r deus. ⁊ de singulis ꝑsonis similiter dicitur. et simul de ip̄a trinitate. nō pluraliter sed singulariter d̄r. Et qm̄ nō ē aliud deo esse. ⁊ aliud magnū esse. sed hoc idē est illi esse. qd̄ est magnū esse. ꝓpterea sicut non dicim⁹ tres essentias. sic non dicimus tres magnitudines. sed vnā essentiam. ⁊ vnam magnitudinem

Aug⁹.

1 a His adijciendum est. quedā etiā nomīa ⁊c̄. Obijcit̄. qꝛ aut diuisiones aug. ⁊ amb. sunt sufficientes. aut nō. Si sic. ḡ magister superflue addit. Si dicant̄ insufficientes. ꝓ incōuenienti est habēdum. R⁹. dd̄m ꝙ nec diuisio aug. nec amb. est diminuta. nec additio magistri sup̄flua Nam mēbra diuisionis mgr̄i. includunt̄ ī mēbris diuisionis ambrosij. illa em̄ est ꝑ immediata. cū em̄ sit trimembris. reducit̄ ad has diuisiones qꝛ omne nomē dei. aut est ꝓpriū. aut translatiuū. Si ꝓpriū. aut spectat ad substātiā. aut ad ꝑsonas. Mgr̄ autē ista mēbra magis specificat. qꝛ nomē aliqd̄ pōt spectare ad vnitatem sb̄e. vel ab eterno. vel ex tpe. Similiter ad ꝑsonas. vel ab eterno. vel ex tpe. Et ad personas dupliciter vel diuisim vt hoc nomē pr̄ vel simul et ꝯiunctim vt hoc nomē trinitas et ista sūt sex mēbra.

2 b Quasi collectiuū. Videt̄ male dicere ꝙ trinitas est quasi collectiuū. qꝛ vnitas collectiua. vt dicit Bern̄. est minima vnitas. s3 vnitas trinitatis arcē tenet inter omnes vnitates. ḡ ⁊c̄. R⁹. ꝙ h̄ nomen trinitas deficit in duobus a nomīe proprio collectiuo. Prīo quia illa que nomen collectiuuz colligit habēt simpliciter diuersitatē. ⁊ scd̄o qꝛ habent vnitatē ꝑm q̄d. ⁊ ecōtra est in nomine trinitatis. tn̄ in hoc ē similitudo. qꝛ sicut nomē colle

3 ctiuū plures simul dicit ⁊ de nullo ꝑ se p̄dicat̄. ita nec hoc nomen trinitas p̄dicat̄ de aliqua ꝑsonaꝝ. ⁊ tn̄ oēs simul importat. iō mgr̄ nō dicit ꝙ sit collectiuū simpliciter. sed quasi. c Sciendū est ḡ ꝙ illa que ꝓprie ⁊c̄. Circa h̄ notandū ꝙ ex verbis aug. que hic ponunt̄ ⁊ in li. de trinitate eliciunt̄ quedā regule de nomibus diuinis. Prima est hec. omne nomen quod dicit̄ de deo. d̄r vel ꝑm substantiā. vel ꝑm relationem excepto hoc nomine homo. Secunda est hec. omne nomē qd̄ dicitur de tribus ꝑsonis. ita ꝙ de qualibet singulariter. d̄r ꝑm sb̄am exceptis nomibus ꝑtitiuis. Tertia est hec. oīe nomē dictū ꝑm sb̄am. p̄dicat̄ de trib⁹ ꝑsonis simul sumptis singulariter excepto hoc noīe ꝑsona. Quarta est hec. oē nomē dictū de deo respectu creature indicat eēntiā. exceptis his que ꝑtinēt ad

4 vnionē. Quinta ē hec. Oē nomē qd̄ d̄r de deo ex tpe. ⁊ nō d̄r de ꝑsonis singulis. p̄dicat notionē vel q̄si. ⁊ h̄ d̄r ꝓpter hoc nomē missus. qd̄ dicit eē ab alio. d Nō tn̄ tres oīpotētes ⁊c̄. Cōtra. qꝛ cū dicam⁹ tres potētes. vr̄ ꝙ ꝑi rōe possum⁹ dicere tres oīpotētes. R⁹. dd̄m. ꝙ v̄bū sp̄ adiectīe ⁊ ī adiacētia significat. ⁊ iō sp̄ trahit nūeꝝ a supposito similiter ꝑticipiū manēs ꝑticipiū. qꝛ h3 naturā v̄bi s3 nomē qꝛ īq̄ete significat aliqn̄ sb̄stātiuat̄. ⁊ qn̄ nūerat̄ tūc nu

¶ Probat reductionem ꝓcedentem· q· ſ· ſicut deus magnus eſt ea magnitudine qua deus eſt· ſic dicendum eſt de bonitate ⁊ de omnibus que ſm ſubam dicuntur· ¶ d

e Deus eñ nõ eſt magnus ea magnitudine que non eſt qõ ipe vt quaſi ꝓticeps eius ſit alioquin maior eſſet illa magnitudo cꝫ deus· deo autem non eſt aliquid maius· ea ḡ magnitudine magnus eſt qua ipe eſt· Jdeocꝫ nec tres magnitudines dicimus· ſed vnã magnitudinẽ· nec tres magnos ſed vnũ magnũ· q⁹ nõ ꝓticipatiõe magnitudis de⁹ magn⁹ eſt· ſed ſeipõ magno magnus eſt· q⁹ ipe eſt ſua magnitudo Jta et de bonitate ⁊ eternitate ⁊ oĩpotẽtia dei dicendũ ẽ· et de oĩbus oĩno q̃ de deo põñt ꝓnunciari ſubſtantialiter· quibus ad ſeipm dicitur non tranſlatiue ac per ſimilitudinem· ſed ꝓpꝛie· ſi tñ de illo ꝓpꝛie aliquid oꝛe homis dici poteſt· Ecce apte docuit q̃ nomina vnitatem diuine maieſtatis ſignificantia· ⁊ ad ſe dicunt de deo· id eſt ſine relatione· et de omnibus perſonis cõmuniter· et de ſingulis diuiſim dicuntur· nec pluraliter ſed ſingulariter in ſumma accipiuntur· Jlla vero nomina que ꝓpꝛie ad ſingulas ptinent ꝓſonas· relatiue non ſubſtantialiter dicunt· Qꝛ enim ꝓpꝛie ſingula in trinitate perſona dicitur· vt ait Aug⁹· in eodem· nullo modo ad ſeipam· ſed ad aliam inuicem vel ad creaturam dicitur· Et ideo relatiue· non ſubſtantialiter dici manifeſtum eſt.

Aug⁹.

meratur ſicut nomen ſbſtantiñ a ꝑte ſue foꝛme· ⁊ iõ q̃ potens põt eſſe ꝓticipiũ· oĩpotẽs eſt nomẽ tñ· ideo ñ ſic recipitur tres omĩpotẽtes ſicut tres potentes· niſi oĩpotẽs ſit adiectiuũ ⁊ adiectiue tentũ· Rõ aũt quare omĩ potens nõ põt cẽ participiũ· eſt ꝓpter compoſitionẽ quã non admittit ver bũ· Participiũ cñ vt dicit gramaticus tranſit in nomen quattuoꝛ modis cõpoſitõe vt indoct⁹· compatione vt docti oꝛ· ꝓſtructiõe vt amãs illius· ꝑis amiſſione vt amandus ſm q̃ idẽ ſignificat vel idem ſonat q̃ amari dignus· 5 6

e De⁹ eñ nõ eſt magnus ea magnitudine ⁊c· Queritur q̃ iſta ratione aug· Si deus ẽ ꝓticipatiõe magn⁹· ḡ magnitudo eſt maioꝛ cꝫ deus· Et videt iſta rõ ñ valere· Non eñ valet· Jſte eſt albedine albus ꝑ ꝓticipationẽ· ḡ albedo eſt albioꝛ vel maioꝛ cꝫ ipe· R⁹· dñm q̃ rõ aug· bona eſt· ⁊ fundat ſup̃a ipſam nois expoſitionẽ· q· ꝓticipare eſt partem capere· et ſi partem capit· ergo minus eſt cꝫ totum· Qꝛ ergo obĵcitur de albedine· dñm q̃ eſt maius dupliciter· vel quantũ ad eſſe· vel cꝫtum ad poſſe· Dñm ergo eſt q̃ ꝓticipatio ſubiecti attendit reſpectu forme vniuerſalis· et cꝫuis ipa fit tota in ſubiecto cꝫ· tũ ad eſſe· nõ tñ cꝫtũ ad poſſe· q· põt in alĩs eſſe· deo tñ nihil põt eſſe maius nec cꝫtũ ad eſſe nec cꝫtum ad poſſe· et ideo argumentum Aug· bene tenet· q̃ deus nihil poſſit participare· Aliter põt dici q̃ argumentũ aug⁹· bene tenet in his formis· que nate ſunt aliq̃d denominare ꝑ cẽntiã· ⁊ in talibus q̃ eſt ꝓ participationem· reducit ad illud quod eſt ꝑ eſſentiam· ⁊ q̃cunq̃ ſic eſt· illud quod eſt ens ꝑ eſſentiam· excellit illud quod habet ens per participationem· Si ergo magnitudo eſt magna ꝑ eſſentiam· ⁊ deus ꝑ ꝓticipationem· neceſſario ſequitur q̃ magnitudo eſt maioꝛ cꝫ deus· non ſic eſt de albedine· q̃a non eſt nata ſe denominare· nec de aliquo per eſſentiam predicari denominando illud.

Hs Dintelligentiam eoꝝ que in hac parte dicuntur· de nominibus diuinis quattuoꝛ queruntur· Primo queritur vtrũ de⁹ ſit nominabilis· Secundo vtrum ſolo nomine vel pluribus debeat nominari· Tertio ſuppoſito q̃ plura ſint nomina diuina· queritur· vtrum omnia dicant tranſlatiue· aut etiam quedam dicantur ꝓpꝛie· Quarto vtruz nomina dicta de deo dicantur ſm ſubſtantiã· an etiã aliquo alio modo.

¶ Queſtio .I. a

¶ Qꝛ deus ſit innominabilis oſtendit autoꝛitatibus ⁊ rationibus· Autoꝛitatib⁹ ſic· Dyoniſius de diuinis nominibus· deum neq̃ dicere· neq̃ intelligere poſſibile eſt· Et iterum· Dei neq̃ nomen eſt· neq̃ verbum neq̃ ratio· neq̃ opinio· neq̃ fantaſia· ergo deus ẽ oĩno innominabilis· ¶ Jtem ꝑbus in libro de cauſis· Prima cauſa ſuperioꝛ eſt omni narratione· ſed quod eſt ſuperius omni narratione· eſt inenarrabile· ⁊ omne tale innominabile· ergo ⁊c· ¶ Jtem ratione oſtenditur ſic· Nomen ꝓpoꝛtionem ⁊ ſimilitudinem alicuius habet ad nominatum· vt vox ad ſignificatum· ſed deus eſt infinitus omnino· vox autem omnis finita· ergo cum nulla ſit ꝓpoꝛtio finiti ad infinitum· nulla ꝑ vocem erit expreſſio· ergo nec nominatio· ¶ Jtem omne nomen impoñit a forma aliqua· ſed in deo non eſt ponere certam formam· Unde Auguſti· Deus qui omnem formam ſubterfugit· intellectui p/uius eſſe non poteſt· ergo ⁊c· ¶ Jtem omne nomẽ ſignificat ſubſtantiam cum qualitate· ſed in deo ẽ ſubſtantia mera ſine quantitate et qualitate· ergo nõ cõuenit deum ſignificari ꝑ nomen· ¶ Jtem q̃ nec deus ſit nominabilis ꝑ pronomen· Pronomẽ eñ nõ habet ſignificationem determinatam niſi ꝑ demõſtratiõnem vel relationem· Demonſtratio aũt fit mediantibus accidentibus que poſſunt oculis cõſpici· ſz hec nõ ſunt in deo· ḡ videt q̃ dei neq̃ ſit nomen neq̃ pronomen· ¶ Contra in ps· Dñs nomẽ eſt illi· Et iterꝝ cꝫ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra· ḡ de⁹ habet nomen· ¶ Itẽ Dyo· fecit libũ de diuis noĩb⁹

Aut ḡ deus ē nomiabilis. aut scīa ibi tradita cassa est ⁊ inutilis. ¶ Itē rōne videt. qz ois qō se exprmit ꝟbo. pōt se exprmere signo ꝟbi. sed signū verbi ē vox ergo cū dr suo ꝟbo exprmat. pōt exprmi voce. sed qō potest voce exprmi. pōt nomiari. ḡ ⁊c. ¶ Itē qō conuenit intelligi cōuenit significari siue enūciari. sed cō
8 tingit deū a nobis cognosci. hoc certū est ⁊ s̄ pbatū ē. ḡ ⁊c. ¶ Itē qō conuenit laudare conuenit ⁊ noiare. sed deū cōuenit laudare. imo ipe summe laudabilis ergo et nomiabilis. ¶ Rn. dōm qz sicut itelligere dicit dupliciter. sic effabile ⁊ nomiabile. Uno em̄ modo intelligere dicit pfectam comphensionem. Alio modo p semiplenā cognitionē. Sic effabile dupliciter dicit. Uno modo p perfectam expressionē. Alio modo per semiplenam narrationē. sic etiā nomiabile. Si dicat effabile siue nomiabile fm pfectionē expssiōis sic dōm qz sicut deus sibi soli est intelligibilis. sic sibi soli est effabilis ⁊ nomiabilis. nō alio nomiē cū ipe sit nec alio verbo cū ipe sit. ⁊ sicut nobis est incomphensibilis. ita et ineffabilis. ita etiā et innomiabilis. ⁊ p hunc modum loquitur Dyoni. ⁊ phūs. Si vero dicat effabile ⁊ nomiabile fm qualemcunq; nominationē. sic quemadmodū dr est nobis cognoscibilis. ita et effabilis ⁊ noiabilis. ⁊ q melius cognoscit meli⁹ effat. ⁊ melius nomiat et expressius. Unde expressius nomiat fidelis. ⁊ scriptura que fidei suffragat. vt sacra scriptura. cū ratio vel phia. ⁊ hoc modo pcedunt rationes ⁊ auctoritates ad secundam ptem. ¶ Ad illud ergo qō secūdo obijcit dr dyo. et pho ia p3 rnsio.
9 p hoc qz loquunt de nomiatione in qua est pfecta expressio. ¶ Ad illud qō obijcit qz vox in hoie est ppor cionabilis verbo interiori siue significato. dōm qz b intelligit de nominatione que totam rei significationem includit. aliter non habet veritatem. nisi intelligatur esse ppositio ad rem sub ratione cognoscibilis. et sic pōt esse nomiabilis. cuius enī deus sit infinitus
10 tamen finite cognoscit a nobis. ¶ Ad illud qō obijcitur qz deus non habet formā. dōm qz non habet formā quiam nostro intellectui. cuiusmodi est forma cuius est imago in sensu. habet tamen formā. quia ipse est forma que est ratio cognoscendi. quoniā et si nos non cognoscimus in se. ipe cognoscit se in se. et nos eum in forma creata. Unde a forma creata nos noia
11 imponimus quā intelligimus ⁊ videmus. ¶ Ad illud quod obijcit. qz nomen significat substantiam et qualitatē. dōm qz substantia ⁊ qualitas non accipiuntur ppie sed communiter. prout substantia dicit qō cognoscit. qualitas dicit quo cognoscit. ⁊ hoc p motum quietis. et hoc dico ppter verbum. ⁊ pticipiū. ⁊ aduerbiū qō est dispositio verbi. ⁊ qm̄ in creaturis vt plurimū differt qō cognoscitur ⁊ quo. ideo nomē in creaturis vt plurimū hoc importat p diuersitatē. In deo vero idem est cognitum et ratio cognoscendi quantum est de se. ideo significat nomen diuinū illa duo p differentiā rei ⁊ ita saluat ibi ratio substantie et qualitatis vt cōgruit nomini.

¶ Questio .II. b

¶ Utrum deus habeat vnum solum nomen an plura. Et qz plura. videt auctoritate scripture que ipsum diuersis nominibus appellat. Exo. iij. Nomen meum magnum adonay nō indicaui eis. Exo. xv. Omnipotens nomen eius. Et ps. Dominus nomē illi. Si ergo ista sunt diuersa nomia. patet auctoritate scripture qz deus habet plura nomina. ¶ Item dyo. in libro de diuinis no. plura assignat nomina dei. et Ambro. similiter in libro de trini. et magister similiter in litera. ¶ Item hoc p̄m ratione vr. qz nullū nomē sufficienter exprimit esse diuinū. nec in se. nec in comparatione ad intellectū. Qō patet. qz ois pfectio ⁊ est. ⁊ itelligit esse in deo. ⁊ nullū nomē exprimit ois ꝺditionis pfectionē. ḡ cū nō possit fieri p vnū. indigemus pluribus. ¶ Item illud in quo res cōueniunt ⁊ in q̄ differunt aut necesse est pluribus modis dicere. aut necesse est vnū equiuocari. Sed equiuocatio generat ambiguitatem ⁊ tollenda est. ḡ cōgruū est diuersis exprimere nominibus. cū ḡ in diuinis sit cōe ⁊ ppriuz. ⁊ b in pluribus. necesse est plura nomina esse. ¶ Itē cuius sit veritas vna. tm̄ articuli fidei sunt multi. si ḡ fides de deo multos articulos credit. ⁊ qō corde creditur ad iusticiam. oportet de cōfiteri ad salutem. multos potest ⁊ debet articulos de cōfiteri. sed multi articuli vno nomine non expresse ⁊ explicite exprmuntur. ergo oportet habere plura nomina. ¶ Cōtra. hyla. nō sermoni res sed rei sermo est subiectus. ḡ cū in deo sit oīmoda realis vnitas. ḡ ⁊ vocis ⁊ nois. ¶ Itē oē qō est in deo est dr. ḡ qō significat aliqd qō est in deo est dr. s̄z dr vnus ē. ḡ oīa diuīa noīa habēt vnuz significatū. sed oīa talia sunt synonima. noīb aūt synonimis nō plr̄ ꝺr pluribus cū vno. ḡ vr qz omīa alia ab vno nō sint neccaria. ¶ Itē multiplicatio diuinoz noīm. aut venit a pte rei. aut a pte intellectuī. aut a pte effectuū. Si a pte rei. tunc bonitas ⁊ veritas non sunt noīa diuersa. quia res omnino vna. Si a parte effectuum. tunc ergo vnitas ⁊ eternitas non sunt diuersa. cum non connotent effectum. Si a parte intellectuī solum. ergo videt qz hmōi nomina cassa sint ⁊ vana. cum non habeant aliquid correspondens in re
¶ Item in scriptura nomen dei singulariter propo/nit siue addit vni. vt cum dicit. dominus nomen illi. Siue pluribus. vt cum dicit. In nomine patris et filij et spūssancti. ergo cum eadem sit ratio rei ⁊ vnius rei. ⁊ nominis ⁊ vnius nominis. ergo deus tm̄ vnuz habet nomen. ¶ Rn. dōm qz in nomine tria sunt. scz 21
vox. ⁊ significatio. ⁊ ratio innotescendi. Unde et nomen multipliciter accipit. Aliquando p voce significante. vt cum dicit. petrus est nomen apostoli. ⁊ sic constat qz in deo sunt plura nomina. Aliquando nomen accipitur pro re significata. vt cum dicit. bonū ⁊ bonestum sunt idem nomine. et sic in diuinis quodammodo est dicere. nomen vnū. quodāmodo plura. Si enim res significata dicatur essentialiter. sic omnia vnū. Si psonaliter. sic plures. et plura nomina correspondentia. Aliquando nomen accipit pro ipso notamine siue ratione innotescendi. ⁊ sic dicendum quodāmodo nomen vnū. quodāmodo plura. Si em̄ accipit rō innotescēdi ex parte dei. sic innotescit per virtutem que vna ⁊ magna est. et sic vnū nomen dei est. ⁊ magnum siue maximū. Unde Hiere. x. Magnus in re ⁊ magnum nomen tuum. i. ꝯtuz ad rōnem innotescendi siue virtutē p quam innotescit. fm qz dicit in ps. Notus in iudea deus. in israel magnū nomen eius. Si aūt accipiat ratio innotescendi ratione effectuum siue creaturaz. sic diuersa sunt nomina. Nam deus innotescit nobis temporaliter. s. p causalitatem. per ablationem. et per excellentiam. et fm hoc est multitudo nominum. Si enim nominet p causalitatem. multa sunt nomina. qz multos habz effectus. Si p ablationem. multa sunt noīa. qz multa

remouen̄tur·scz oīa creat'·Si per excellentiā·multa·quia in multis·in omnib' scz conditionibus nobilitatis excedit creaturas· ¶ Expdictis patēt obiecta.

13 ¶ Qm̄ em̄ obīcit q̄ scriptura nomen dei exprimit singulariter·Dicendū q̄ scriptura vt plurimū nomen dei pdicat magnū·admirabile·sanctū·z laudabile·z sic nō loquitur de nomine fm q̄ vox·sed fm q̄ rō innotescendi a parte dei·z sic vnum·tamē nō sequit·loquit singulariter·ergo vnū solū·quia frequēter qō dicī singulariter dicit z vniuersaliter·vt patet in multis exemplis in lege cum dicebat·homo de israel vel homo qui fecerit hoc vel illud·intelligebat de quolibet hoīe ¶ Ad illud qō obīcitur·q̄ pluralitas a parte rei est·dicendū q̄ pluralitas a parte rei est·vt accipiat res pro psona Si aūt p natura·z sic si nō sit pluralitas i se·tñ inq̄-

14 tum innotescit. Et ideo plura nomīa· ¶ Ad illud qō obīcitur·q̄ noīa talia sunt sinonima·dām q̄ tūc sunt sinonima cū dicunt a pte vocis solū· Dicaūt est differentia fm rationem innotescēdi·z ideo non sinonima Alia ratio dicta fuit supra·dis·viū·ipmo pbleumate

15 ¶ Ad illud qō obīcitur·q̄ si venit a pte intelligēdi solum·ergo talia nomina sunt vana·dām·q̄ non venit abb̄ solū·qm̄ illi ratōi innotescēdi·respōdet pluralitas in creaturis·z in deo respondet vera veritas complectens illā totā pluralitatē·vnde quia intelligim⁹ dei potentiā z sapientiā p diuersa·diuersimode nominamus·z quia in deo vera est sapientia z potentia·iō non est ibi vanitas·

¶ Questio III c

¶ Utrū oīa nomina diuina dicant' translatiue·an etiā q̄dam dicant' propie·Et q̄ omnia dicant' translatiue. videt'. In regulis fidei dicit'·oīe simplex propie est z ī propie·dicit'·sed qō improp̄e dicit'·improprie nominatur·cū ergo deus sit simplex·nominat' improprie·sz improprietas reducit' ad proprietatē·g̃ nomina diuina de deo dicunt improp̄e·de alijs propie·sed qō dicit' de

16 aliquo improp̄e·dicit' translatiue·si de alio propie·g̃ ꝛc· ¶ Item vnūquodq̄ sicut cōtingit intelligere·contingit significare·sed nō cōtingit deum intelligi nisi per proprietates z cōditiones creaturar·g̃ nec nominare·sz qō nominat' fm alienas proprietates semp trāslatiue nominat'·g̃ ꝛc· ¶ Item nō est nisi duplex theologia·s·mystica z symbolica fm q̄ vult Diony·sz vtraq̄ deum nominat translatiue·Nā mystica p creaturas spirituales z inuisibiles sed symbolica per corpales·ergo omnis nominatio dei translatiue est· ¶ Item omne nomē diuinū est impositū pter nostrā instructionē·sz oīs nostra doctrina incipit a sensu·ergo omne nomen dei accipit' fm aliquod sensibile·sed in deo nulla est proprietas sensibilis fm veritatē·sed solū trāslatiue·ergo ꝛc· ¶ Contra hoc dicit ap'lus Eph'·iiū·loquēs d̄ deo quo omnis paternitas in celo z in terra nominat'·sed si paternitas in terris nominat a paternitate dei·ergo de⁹ prius z principalius d̄r pater q̄ alia·non ergo translatiue. Hoc ipsum dicit Dio·z Dam̄·innitentes huic autoritati ap'li. Inquit em̄ Dam̄·Sciendū q̄ non est a nobis translatū ad beatā deitatē paternitatis z filiationis z pcessionis nomē·sicut ait diuinus apostol⁹. ex quo oīs paternitas·g̃ ꝛc· ¶ Item beat⁹ Ambro. dicit z habet' in lra·q̄ triplex est nominū diuinoz̄ differentia·z vna ex illis sunt nomina translatiua·non g̃ omnia dicunt translatiue. ¶ Item quedā dicunt de deo que habēt oppositū in omni creatura·vt eternitas z ī mēsitas·sed nullū trāslatiuū attēdit' fm aliquā simili-

tudinem·ergo talia nomina nō sunt translatiua ¶ Item quedam dicunt de deo quoz̄ significatū est propie in solo deo·vt hoc nomē bonū·z qui est· Math'·xix· Nemo bonus nisi solus deus·Et Aug⁹·dicit q̄ sol⁹ deus vere est cui⁹ cōparatione cetera nō sunt· ¶ R⁹·ad hoc

17 voluerunt quidā dicere q̄ quedā sunt nomina que de us sibi imposuit·quedā que nos ei imposuimus·Si loquamur de nominib' que deus sibi imposuit·cū ipe se propie intelligat·hmōi nomina sunt propria·et talia dicunt esse bonum·et qui est·Unde Diony·videt vel le q̄ illud nomen bonū solū sit proprū z principale·Dam̄· q̄ illud nomen·qui est·solū est proprū z principale·z vnus attendit in nomine pfectionē·alter absolutionē vterq̄ tamen proprietatē·Si aūt loquamur de nominibus que nos ei imposuim⁹·sic cū nos nō cognoscam⁹ deum nisi p creaturas·nō cū nominam⁹ nisi p nomīa creaturaz̄·ideo solum translatiue·siue quia prius z prius conueniūt creature·siue quia prius imposita sunt creature·q̄uis nō proprius cōueniant creature· z hec est translatio quedā·q̄uis propie loquendo sit translatio·quando prius conueniūt bis a quib' transferuntur·vt ridere hominib' prius q̄ pratis·Sz hec positio non videt' stare·Cum em̄ nos cognoscam⁹ deū tripliciter·s·per effectū·per excellentiā·et p ablationē constat q̄ omnib' his modis contingit deū nominare Si per effectum·nulla est ibi translatio ¶ Pariformit si per excellentiā·Similiter si per ablationē·quoniaz̄ translatio attendit' fm aliquā similitudinē·Oīes em̄ transferentes·fm aliquā similitudinē transferunt·Et

18 propterea aliter dicendū·q̄ quedaz̄ sunt nomina que significant rem cui⁹ veritas est in deo·et oppositum ī creatura·vt immensus z eternus·z talia nullo modo transferuntur·nec fm rem·nec fm impositionē· Quedam significant rem cui⁹ veritas est in deo·et similitudo eius in creatura·vt potentia·sapientia·z volūtas· z talia nomina transfernunt a creaturis ad deum·non fm rem·sed fm impositionē·quia prius imposita sūt creaturis q̄s deo·licet prius sint in deo·Quedam sunt nomina que significant rem cui⁹ veritas est in creatura·z cōsimilis proprietas in deo·vt lapis z leo·res ei significata est in creatura·sed similitudo proprietatis vt stabilitas z fortitudo est in deo·et ista sunt propie translatiua·Concedendū ergo q̄ in diuinis sunt aliq̄ nomina translatiua non omnia· ¶ Ad illud ergo qō 19

obīcitur q̄ simplex improprie dicit'·dicendū q̄ dicere ibi non est nominare sed enunciare·quia in simplici nō est compositio in essendo·sed cōpositio est in enunciando·z ideo improprie nō sic in nominando·vel dic. q̄ non omne dictū improprie est dictum translatiue.

¶ Ad illud quod obīcitur q̄ solum p creaturas intel 20

ligitur·dicendū q̄ q̄uis intelligatur solū per creaturas·non tamen solū per similitudinē·imo per negationem z dissimilitudinē est cognoscibilis· ¶ Ad illud 21

quod obīcitur q̄ symbolica z mystica theologia nominant deum translatiue·dicendū q̄ q̄uis mystica nominet deū translatiue·q̄tum ad proprietates excellentie non tamen solū sic nominat·sed etiām per abnegatio 22

nem·z ideo non solum translatiue. ¶ Ad illud quod obīcitur q̄ omnis nostra doctrina incipit a sensu·dicendum q̄ verum est·q̄ omne nomen habet aliquid sensibile fm vocem vt audiatur·sed non oportet q̄ habeat sensibilem significationē·qua verbum intelligentie qō est in sensibile induit vocem sensibilem.

¶ Questio qrta z vltima d

Utrum omnia nomina dicta de deo dicantur fm substantiam. Et q non. immo aliter. ostenditur auctoritate Augustini ⁊nto de trinitate. Illud precipue tenea/mus. q̃quid ad se dicit. prestantissima illa et diuina sublimitas substantialiter dicit. quod aut̃ dicitur ad aliud. non substãtialiter sed relative dicitur. Sed pater ⁊ filius dicit ad aliud. ergo ⁊c. ¶ Item Boetius i libro de trinitate. Deus est sine quantitate magnus. sine qualitate bonus. sed non est sine relatione relatus ergo relatio vere ⁊ proprie manet in deo. ergo ⁊ modꝰ dicendi relative. ¶ Item hoc ipsum videt ratione. q̃ in diuinitate sunt aliqua nomĩa incõmunicabilia. vt patet in omnibꝰ personalibus. sed substantia est communicabilis cũ sit vna in tribus. ergo talia noĩa non indicant substantiã. ergo in diuinis est alius modus dicendi q̃ fm substantiã. ¶ Item in diuinis est aliꝰ alio modo se habere. quia aliter se habet ad patrem filius q̃ spiritus sanctus. sed non est aliud ⁊ aliud esse siue subsistere. ergo cum hoc cõtingat intelligere. ⁊ intellectũ dicere. necesse est q sit ibi alius modus dicendi ⁊ intelligendi q̃ fm substantiã. ergo ⁊c. Cõtra. omne quod dicit. aut dicit fm substantiam. aut fm accidens. quia substantia ⁊ accidens sufficienter diuidũt ens sed in diuinis nihil dicit fm accidẽs. ergo fm substantiam ¶ Item omne quod dicit. aut dicitur per se aut non per se. si per se tunc fm substantiã. si non p se. tunc ergo per aliud. ⁊ in alio. sed omnia que dicuntur de deo dicũtur per se. ergo omnia dicuntur fm substãtiam. ¶ Item dici fm substantiã. aut fm relationem aut dicit diuersitatem a parte rei. aut a parte modi intelligendi siue modi dicendi. Si a parte rei. ergo i deo est diuersitas ⁊ compositio. Si a parte modi dicendi tunc cum diuersus sit modus dicendi. in hoc q est bonus. ⁊ in hoc q est magnus. ⁊ in hoc q est deus. quia si queratur quantus est deus? respondetur magnꝰ. nõ respondetur bonus. Similiter si queratur qualis est deus. respondetur bonus. non magnus. ergo non tm̃ essent duo modi. sed etiã multo plures q̃ duo. ¶ Itez quod respondet ad questionẽ factaz per quid dicitur fm substantiam. ⁊ quantũ ad rem. ⁊ quantum ad modum. sed nomina relativa respondent ad questionem factam per quid de deo. ergo dicuntur fm substantiã. Probatio maioris. Augu. in libro de doctrina christiana. Si queratur. quid est deus. conuenienter respondetur pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus ¶ Item cum quedã sint in diuinis que non dicuntur fm substantiam sed nec fm relationẽ. vt hoc nomẽ incarnatus. hoc nomẽ ingenitus. videtur q̃ ista diuisio non complectit omnia nomina diuina. ¶ Ad

23 Ad predictoꝝ intelligentiam est notandũ. q est dici diuersimode fm triplicem differentiã. Uno modo dici diuersimode attenditur fm diuersum modum essendi qui est per se ⁊ per accidens. ⁊ hoc quidem modo non est dici diuersimode i diuinis. quia ista diuersitas modi. ponit diuersitatẽ essentialem in re dicta. ⁊ quantũ ad hoc vnus solꝰmodus dicendi est in deo. Nam omnia que dicuntur de deo. sunt ipse deus ⁊ eius substantia. Allio modo dici diuersimode est fm diuersum modũ intelligendi. qui quidem attendit fm aliam ⁊ aliã rationem siue modũ cognoscendi. ⁊ sic non tm̃ est dici diuersimode in nominibus diuinis. imo omnimode. quia deus non tm̃ cognoscitur per diuersa. imo per omnia rerum genera. ⁊ sic nomina dicta de deo quedam dicuntur p modum substantie. vt deus. quedam per modum quantitatis. vt bonus. ⁊ sic de alĩs omnibus. Tertio modo dici diuersimode est fm diuersum modum se habẽdi. quod quidẽ attendit quantũ ad absolutum. et ad comparatũ siue relatum. ⁊ hic quidẽ modus diuersitatis minoris est q̃ primus. ⁊ maioris q̃ secundus. Minoris q̃ primus. quia fm primũ attendit diuersitas essentialis ⁊ compositio. Maioris q̃ secundus. quia fm illum nulla omnino attenditur ire distinctio. Scõm autem istum modũ attenditur in eo vnitas ⁊ pluralitas. vnitas fm absolutum. pluralitas fm respectum ⁊ quantũ ad hunc modum solũ sunt duo modi, dicendi. scilicet fm substantiã ad se. et fm relationem. vt illa que dicuntur ad aliquid. Quia vero non dicũt alium modum essendi. ideo hec predicantur de illis. ⁊ sũt vnum. Et quia dicunt alium modum se habẽdi. ideo fm hoc vnitas. fm illa pluralitas. Ex his patent obiecta. ¶ Q enim obijcitur. q omne quod dicitur. di- 24
citur fm substantiã vel fm accidens. dicendum q in diuinis habet instantiam. vbi relatio non est accidẽs nec tamen dicit fm substantiam. ¶ Ad illud qõ obij 25
citur secundo. q omne quod dicitur in diuinis ẽ ens per se. dicendũ q verum est. sed tamen non sequitur. dicitur vt ens per se. ergo fm substantiaz. quia nõ dicitur nomen dici fm substantiam vt substantia dicitur per se. sed vt dicitur ad se. ¶ Ad illud quod obijcitur qualis sit hec diuersitas. aut fm rem aut fm modum intelligendi. dicendũ q fm modum se habendi. qui non tantũ est in nostro intellectu. sed etiam in re.
¶ Ad illud quod obijcitur quarto. q nomina relati- 26
ua respondẽtur ad interrogationem factam de substãtia. dicendum q substãtia dicitur dupliciter. aut ens per se. aut ad se. Si vt ens per se. tunc omnia et relatiua ⁊ absoluta dicunt in deo substantiam. et quia ꝑ modo substantia respondetur ad questionẽ factam p quid. ideo omnia possunt responderi Si autem dicatur substantia vt ens absolutum non comparatuz. sic dicitur fm substantiam quod dicitur ad se. ⁊ sic accipit Augustinꝰ. ⁊ sic pater ⁊ filius ⁊ relativa fm substantiam non dicuntur. ¶ Ad illud quod vltimo obijcitur. q multa dicuntur de deo que non dicuntur fm substantiam. nec fm relationem. dicendũ. q dici relative in diuinis potest esse dupliciter. Quedam cm̃ no- 27
mina dicũtur relative ex principali nominis intellectu. quedam ex consequenti. Prima differentia diuiditur in tres. Quia quedam significant relationem ⁊ dicuntur relative. vt pater. quedam significant relationem vt paternitas. que non dicitur ad alterum. sz est ipsum quo alterum refertur. quedam dicuntur relative. quia priuant relationem. vt ingenitus. inpro/cessibilis. tamen ista non est priuatio pura. vt infra videbitur. Que autem important relationem ex consequenti intellectu. similiter sunt fm triplicem differentiam. Quedam enim dicuntur dici relative. quia ponuntur pro relatiuis. vt cum dicitur. deus generat deum. id est. pater filium. Quedam dicuntur relative quia claudunt in suo significato interius relationem vt cum dicitur incarnatus. sensus cm̃ est. id est. carni vnitus. vnio enim dicit relationem. que singularem personam respicit siue assumere carnem ⁊ huiusmodi. Quedam dicuntur relative. quia claudunt relationem in suppositis. vt similis ⁊ equalis. non cm̃ sunt similes. nisi qui referunt ⁊ distinguunt.

Dist. xxiij. de substantialibus nominibus diuinis in speciali.

Predictis adijciendū est q̄ cū oīa noīa que ꝑm subam ꝛc̄. Supra egit mgr̄ de diuersitate diuinoꝝ nominū in generali. Hic incipit secūda ꝑs in qua agit de eadē in speciali. Et qm̄ quedā sunt noīa substātialia. q̄dam relatiua. ꝛ hec ꝯtigit ꝯsiderare absolute. ꝛ ad se. iō hec ꝑs habet tres ꝑtes. In ꝑma agit de noīb⁹ substantialib⁹. In scd̄a de relatiuis. infra. di. xxvj. Nūc de ꝓprietatib⁹ ꝑsonaꝝ quas frequēter ꝛc̄. In tertia de his relatiuis ad inuicē. j. di. xxxiij. post supradicta interi⁹ ꝯsiderari. Et qm̄ inter noīa substātialia hoc nomē ꝑsona excipit̄ a generali regula. que est q̄ substātiale d̄r de trib⁹ singulariter. ideo nomē istud ꝑmo a generali regula excipit. oñdens q̄ debem⁹ dicere tres ꝑsonas. ꝛ h̄ in pñti distinctōe. Secūdo v̄o determinat q̄d significet̄ ꝑ h̄ nomen tres. ꝛ ꝑ hoc nomē ꝑsonas. cū dicim⁹ tres ꝑsonas. j. di. ꝓxima. ibi. Hic diligēter inquiri oportet. Prima ꝑs habet q̄ttuor. In ꝑma magister illud nomē excipit a generali regula. In scd̄a rationē hui⁹ exceptiōis inuestigat. ibi. Ideo orit̄ hic q̄stio difficilis. oñdens q̄ fuit inopia humani eloquij. In tertia mgr̄ ꝯtra assignationē opponit ꝛ determinat. ibi. Sz querit̄ cū dicam⁹ patrē ꝛ filiū ꝛ. ss. In quarta epilogat determīata vt addat. ibi. Jam sufficienter vtputo oñsum est. Haꝝ partiū subdiuisiones ꝑ se patēt.

Excipit hoc nomē ꝑsona a generali regula q̄ est q̄ sub̄ale d̄r de trib⁹ singulariter

DI. XXIII

Quia cū illud ꝑm sub̄am dicat̄. tñ pl̄alit̄ nō singularit̄ in sūma accipit̄. a

Predictis adijciendū est. q̄ cū oīa noīa q̄ ꝑm sub̄am de deo dicunt̄ singulariter ꝛ nō pluraliter de oībus in summa dicant̄ ꝑsonis. vt supra oñsum est. Est tñ vnū nomē. s. ꝑsona. qd̄ ꝑm sub̄am d̄r de singulis ꝑsonis. et pluraliter ꝛ nō singularit̄ in summa accipit̄. Dicim⁹ em̄. pater est ꝑsona. fili⁹ est ꝑsona. spūssanct⁹ est ꝑsona. ꝛ hoc ꝑm sub̄am dicit̄. Nec tñ d̄r. pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanct⁹ sunt vna ꝑsona. ꝑ tres ꝑsone. Hoc ḡ nomē excipit̄ a p̄dicta regula nominuz q̄ ꝑm sub̄am de deo dicunt̄. qꝛ cū hoc ad se dicat̄. ꝛ ꝑm sub̄am. pluraliter tñ nō singulariter in summa accipitur.

Autoritas q̄ ꝑsona ad se dicat̄. ꝛ ꝑm substantiam. b

Aug⁹. Q̄ aūt ꝑsona ꝑm sub̄am dicat̄ Aug⁹. oñdit in. vij. li. de tri. dicēs. Nō est aliḋ deo esse. aliud ꝑsona esse. ꝑ oīno idē. Itē in hac trinitate cū dicim⁹ ꝑsonā patris. non aliud dicim⁹ q̄ꝫ sub̄am p̄ris. Quocirca vt sub̄a patris ip̄e pater est. nō quo pr̄ est. ꝑ quo est. Ita ꝛ ꝑsona p̄ris nō aliud q̄ꝫ ip̄e pr̄ est. Ad se q̄ꝑpe d̄r ꝑsona. nō ad filium vel spm̄scm̄. sicut ad se de⁹ d̄r. ꝛ magn⁹. ꝛ bon⁹. ꝛ iust⁹. ꝛ hmōi. Et quēadmodū h̄ illi est esse. qd̄ deū esse. qd̄ magnū esse. qd̄ bonū esse. ita hoc est illi esse qd̄ ꝑsonaz esse. Ecce exp̄sse habes q̄ ꝑsona ꝑm sub̄am d̄r. vt cū dicit̄. pr̄ est ꝑsona. hic sit sensus. pr̄ est diuīa essentia. Silr̄ cū d̄r fili⁹ est ꝑsona. spūssanct⁹ ē ꝑsona. id est. essentia diuina.

Ex pater ē nō eo quo ē pater. sed quo est.

Exceptiōis rationē inquirit. ostendēs cur pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanctus nō dicantur vna persona. sicut vna sub̄a ꝛ vnus deus. c

Ratio iam dicte exceptiōis ē inopia humani eloquij

Ideo orit̄ hic questio difficilis quidē. ꝑ nō inutilis. qua querit̄. Cur nō dicātur hi tres vna ꝑsona sicut vna essentia. ꝛ vn⁹ de⁹? Quā questionē Aug⁹. diligēter tractat atq̄ ꝯgrue explicat in. vij. li. de tri. ita dicēs. Cur nō hec tria simul vnam ꝑsonam dicim⁹. sicut vnā essentiā. ꝛ vnū deū. ꝑ dicimus tres ꝑsonas. cū tñ tres deos aut tres essentias nō dicam⁹. Quia volum⁹ vel vnū aliqd̄ vocabulū ꝑuare huic significatiōi qua intelligit̄ trinitas. ne oīno tacerem⁹ interrogāti. q̄d tres essent cū tres esse fateamur. Cū ergo q̄rit̄ q̄d tres. vt ait Aug⁹. in. v. lib̄. de tri. Magna ꝓrsus inopia humanū laborat eloquiū. dictū est tñ tres ꝑsone nō vt illud diceret̄ ꝑ ne taceret̄ oīno. Non em̄ rei ineffabilis eminētia hoc vocabulo explicari valet Ecce oñdit qua necessitate dicat̄ pluralit̄ ꝑsone. videlicet vt h̄ vno noīe querentibus de tribus respondeamus.

Aug⁹.

Qua necessitate dictum sit tres persone a latinis. ꝛ a grecis tres hypostases vel substantie. d

Qua necessitate non solum a latinis sermo sed etiam grecus eadem pene super hac re laborans. nominū penuria coartatur. Unde Augustinus. quid a grecis vel latinis necessitate de ineffabili trinitate dictum sit. aperiens in. vij. libro de trinitate ait. loquendi causa de ineffabilibus. vt fari aliquo modo possemus.

Aug⁹.

a ¶ Una vsia. tres hypostases. videt ꝭ esse ꝓtra id qđ dic̃ Hiero. Tacam⁹ tres hypostases. nō bone suppositionis nomē est. igit̃ nō debet dici. Preterea videtur ꝙ nomē hypostasis nullo mō dz recipi vel nomē vsia. qz Boetius dic̃ sup li. pdicamentoꝝ ꝙ hypostasis est materia. vsiosis forma. vsia cōpositū ſz in diuinis nō recipit̃ materia nec cōpositū. igit̃ tc̃. R⁹. dōm. ꝙ Hieronym⁹ nō dic̃ nō tres eē hypostases. qz falsum esset vel erroneū. ſz qz nomē erat insuetum ꝛ videbat̃ sonare idē qđ suba. ꝛ suba fm cōmunem acceptionē nō dz pluraliť de plonis. ꝛ iō volebat tunc tacere ne heretici acciperent occasionem malignandi. Nūc aūt illud nomen specificatū est ꝛ explū iō mō dicedit̃. Ad illđ qđ objicit̃ scđo. dōm. ꝙ hmōi noīa alit̃ accipiunt̃ in pbia. aliter in rethorica. ꝛ hꝫ pz p boetiū q alit̃ accipit loqns vt pbs. alit̃ loquēs vt theologꝰ in li. de duabꝰ natur̄ ꝛ vna persona christi.

b ¶ Uer⁹ em̄ cogitat de⁹ ꝙ dz. videt falsum. qz ois fidel̃ cogitat de⁹ esse trinū ꝛ vnū. et nihilē ver⁹ isto. igit̃ nō est ver⁹ ꝙ cogitat̃. Itē videt falsū ꝙ dicit ꝙ ver⁹ cogitat̃ ꝙ dicatur. multa ei dicim⁹ q nō itelligim⁹. igit̃ plus se extēdit vitas fmōis ꝙ interioris cogitationis. ¶ Itē ego dico deū esse sūme verū. ſz nihil pt ver⁹ cogitari. nec esse magis summe verū igit̃ tc̃. R⁹. dōm. ꝙ sermo Aug⁹. est dupler. 2 Pōt ei eē cōpatio entis ad ipz cogitatū. ꝛ cogitari ad dictū. ꝛ sic nō hz vitatē. qz vn⁹ ꝛ idē est de⁹ q ē ꝛ q cogitat̃. ꝛ q dz ꝛ eq̄lis ver⁹. Pōt itez fieri cōpatio ad actuz essendi ꝛ cogitādi ꝛ loqndi. ꝛ sic hz fmo Aug. vitatē. qm de⁹ i suo eē hz sūmā vitatē. cogitatio vo nra cū sit creata ꝛ explata a sūma vitate. nō pt eē sūme va. silr nec locutio. ꝛ iō min⁹ de vitate hz. Et rursus cū magis assimilet̃ sūmo vero act⁹ cogitādi interior. ꝙ act⁹ loquendi exterior. magis hz de veritate cogitatio ꝙ locutio. qz eo est similior. 3 Rationes vo ad oppositū pcedūt fm pmā viā.

dictū est a grecis. vna essentia. tres substantie. id est⁹ vna vsia. tres hypostases. Aliter em̄ greci accipiūt subam ꝙ latini. A latinis aūt dictū est vna essentia vel substātia. tres plone. qz non aliter in sermone nro. id est. latino. essentia ꝙ substātia solet intelligi. Et vt intelligat̃ saltē in enigmate. placuit ita dici. vt cū quereret̃ qđ tria sint. aliqđ dicere tur. q̄ tria esse fides vera. pnūciat. Cū ꝛ patrē nō dicit esse filiū. ꝛ spm̄sctm̄ scz donū dei nec patrē dicit esse nec filium. Cū ergo queritꝰ qđ tria vel qđ tres. cōferim⁹ nos ad inuenciendū aliqđ nomen q̄ cōplectamur hec tria. Nec occurrit animo. quia supeminētia diuinitatis vsitati eloquij facultatē excedit.ᵇ verius em̄ cogitatur deus ꝙ dicitur. ꝛ verius est ꝙ cogitatur. b a

¶ Quid hoc nomine tres significetur. e

Pater ergo ꝛ filiꝰ ꝛ spiritussanctus. scz qm̄ tres sunt. quid tres sunt queram⁹ ꝛ quid cōmune habeāt. Nō ei possunt dici tres patres. qz tm̄ pater ibi pater est. nec tres filij. cum nec pater ibi sit filiꝰ. nec spūssanctꝰ. nec tres spiritussancti quia spūssanctꝰ ppria significatiōe qua ꝛ donū dei dicitur. nec pater est nec filiꝰ. Quid g̃ tres. Si tres plone esse dicūtur. cōmune est eis id qđ plona est. Certe em̄ quia pr̄ est plona. ꝛ filiꝰ est plona. ꝛ spūssanctus. ideo tres plone dicuntur. ppterea ergo dicim⁹ tres plonas. quia cōmune est eis id quod plona est. ¶ Ex pdictis aperte intelligi potest. q̄ necessitate dictū sit a latinis tres plone. cū plona fm substantiā dicat̃. Unde ꝛ tribus cōmune est id qđ plona est. id est. hoc nomen persona.

¶ Opponit ꝛ determinat q̄re nō dicim⁹ tres deos esse patrem ꝛ filiū ꝛ spm̄sanctū. vt dicim⁹ tres plonas. f

Sed queritꝰ hic cum dicam⁹ patrē ꝛ filiū ꝛ spm̄sanctuz esse tres plonas. quia cōmune est eis qđ plona est. id est. qz pater est plona. ꝛ filius est plona. ꝛ spūssanctus est plona. cur nō dicamus similiter tres deos. cū ꝛ pater sit de⁹. ꝛ filiꝰ sit deus. ꝛ spūssanctꝰ sit de⁹. Quia scz illud scriptura cōtradicit. hoc aūt ꝛ sī nō dicit. nō tm̄ cōtradicit. Unde Aug⁹. hāc movens questionē atq̄ diffiniēs in li. vij. de tri. ita ait. Si ideo dicimus patrē ꝛ filiū ꝛ spiritumsanctū esse tres personas. quia cōmune est eis id qđ plona est. cur nō etiā tres deos dicim⁹. Certe vt pdictū est. quia pater est plona. ꝛ filius est plona. ꝛ spūssanctꝰ est plona. ideo tres persone dicuntur. Quia g̃ pater est deus. ꝛ filiꝰ de⁹. ꝛ spūssanctus de⁹. cur nō dicant̃ tres dij. Ecce ꝓposuit hāc q̄stionē. attēde qđ respō deat subdēs. an ideo nō dicunt̃ tres dij. qz scriptura nō dic̃ tres deos. Sed nec plonas alicui scripture textꝰ cōmemorat. c An ideo licuit loquendi disputādiue necessitate tres plonas dicere. non quia scriptura dicit. sed quia scriptura non ꝓtradicit. Si aūt diceremus tres deos. cōtradiceret scriptura dicens. Audi israel. deus tuꝰ deꝰ vnus est. Ecce absolutio questionis. quare potius dicam⁹ tres personas c

Deut. vj.

¶ An iō licuit loquēdi disputādiue necessitate tres plonas di/

ꝯ tres deos·qz scz illud nō ꝓtradicit scriptura·

¶ Cur non dicimus tres essentias vel tres personas·cuz scriptura non contradicat. g

Aug⁹. ¶ Clerū t hic alia emergit questio quā Augustin⁹ cōsequenter annectit dicens·Cur inquit t tres essentias non licet dicere·qō simul scriptura sicut non dicit·ita non ꝓtradicit· At si dicis q ꝓpter vnitatē trinitatis nō dicunt tres essentie·sed vna essentia·q̄ro·cur non ꝓpter eandem vnitatez trinitatis dicat vna psona t non tres psone: vt em̄ est illis cōmune nomē essentie·ita vt singulus q̄sq; dicat essentia sic illis cōmune est psone vocabulū·Quid igit restat·vt fateamur loquendi necessitate a grecis t latinis parta hec vocabula aduersus insidias vl errores hereticoz·Cū ꝯ conaretur humana inopia loquendo ꝓferre ad hominum sensus quod in secretario mentis de deo tenet·siue per piam fidem·siue p qualēcunq; intelligentiam·timuit dicere tres essentias·ne intelligeretur in illa summa equalitate vlla diuersitas·Rursum non poterat dicere non esse tria quedam·Qō qz dixit sabelli⁹·in heresim lapsus est·Quesiuit ergo·quid tria diceret: t dixit tres personas siue tres substantias ꝑm grecos·

¶ Sicut nos dicim⁹ tres psonas·ita greci tres subas·q̄s dicūt hypostases·alit accipiētes subam ꝯ nos. h

Qz em̄ de psonis ꝑm nostrā·hoc de substātijs ꝑm cōsuetudinem grecoz oportet intelligi. Sic em̄ illi dicūt tres substantias vnā essentiā·id est·tres hypostases vnam vsiam· quēadmodū nos dicimus tres personas vnam essentiam vel substantiam·Qꝯ t illi si vellent sicut dicūt tres subas tres hypostases·possent dicere tres personas tria ꝓsopa· Illud aūt maluerūt dicere·quia fortasse ꝑm lingue sue cōsuetudinem aptius dicitur·

¶ Determinata epilogat vt addat·q in trinitate non est diuersitas nec singularitas vel solitudo·sed vnitas et trinitas t distinctio t idemptitas. i

Jam sufficiēter vt puto ostensum est·qua necessitate dicamus tres psonas·t quare nō similiter tres deos vel essentias·quia scz in altero obuiat scriptura·in altero diuersita
d tis intelligentia·quia⁹ ibi nulla penitus est diuersitas·sic nec singularitas vel solitudo·sed vnitas t trinitas·Unde
Aug⁹. Aug⁹·in li·vij·de tri·ait·humana inopia querens quid diceret tria·dixit tres personas vel substantias·Quib⁹ nominibus nō diuersitatē voluit intelligi sed singularitatem noluit·vt non solū ibi vnitas intelligatur·ex eo q dicitur vna essentia·sed trinitas ex eo q dicuntur tres psone·Hylari⁹ quoq; in li·vij·de trinitate ait·Domin⁹ dicit·Qui me
Hylarius. Joh·xiiij. videt·videt t patrem·Cū hoc dicitur·excluditur singularitas·atq; vnici·id est·solitarij intelligentia·Nam t solitarium sermo significat·t indifferentē tamen naturam ꝓfessio docet·visus est em̄ in filio pater p nature vnitam similitudinem·vnū sunt enim natus t generans·vnū sunt neq; vnus·Non itaq; solitarius filius est·nec singularis· nec dispar·Item in eodē·Sicut in patre t filio credere duos deos impium est·ita patrē t filium singularem deū ꝓdicare sacrilegum est·Nihil in his nouum·nihil diuersum

cere t̄·quia scriptura non cōtradicit·Contra quia scriptura non cōtradicit·igit licet dicere patrem filium t spiritum sanctum nō esse tres psonas·sed non licet dicere nisi vez·igitur hmōi oppositū falsum·R⁹·q ista non fuit tota ratio dicti·sed Aug⁹·subticet partez cause·Ratio em̄ fuit sicut ipse aperit in seqn tibus·quia ratio cōsonabat t scriptura non contradicebat·Naz si scriptura contradiceret·quātumcūq; ratio dictaret non esset dicēdum·t ꝓpter hoc nō licuit dicere tres essentias·q̄rō nō ꝓsonabat· Quare aūt rō magr cōsonat in hoc noīe psona q̄ in hoc noīe essentia·patz si attendatur significatum vtriusq; ex verbis Augu·que magister dicit·Quare dictum est ab ecclesia tres persone·patet quia triplex fuit ratio 4
·Prima fuit·q̄ necessitas imminebat·Secūda quia ratō consonabat·Tertia quia scriptura in nullo contradicebat·immo etiā cōsonabat·Unde minus dicit t plus intelligit quando dicit q scptura nō ꝓtradicit·

d ¶ Ibi nulla penit⁹ ē diuersitas·sicut nec singularitas·Contra quia si hoc est verum· igitur ibi est oīmis idēptitas·igitur nature t persone·R⁹·dōm q facienda est vis ī verbo·Diuersitas em̄ attendit q̄tum ad principia essentialia siue substātialia·q igit in diuis q̄tū ad subalia· nulla cadit differētia· ideo dicit q nulla diuersitas·Jō nō sequit q penitus oīno ē idēptitas·nisi addat determinatō scz quo ad essentialia·t sic patet illud·

nihil alienum. nihil separabile est. De hoc etiam Aug⁹. in li. questionū veteꝝ ac noue legis. Unus est deꝰ sed non singularis. Item Ambro. in li. de trinitate ait Quod vnius est substantie. separari nō potest. ⁊ si non sit singularitatis sed vnitatis deus vnus cū dicit. nequaq̄ deitatis trinitatē excludit. Et ideo non qō singularitatis. sed qō vnitatis est predicatur. Ecce ex predictis ostēditur. quia nec singularis. nec diuersus. nec vnicus vꝰ solitarius confitendus est deus. quia singularitas vel solitudo personarū pluralitatē excludit. ⁊ diuersitas vnitatem essentie tollit. Diuersitas inducit separationē diuinitatis. Singularitas adimit distinctionē trinitatis. Jdeo Ambrosius in .j. libro de trinitate ait. Non est diuersa nec singularis equalitas. Nec iuxta sabellianos patrem filiumq̄ cōfundēs. Nec iuxta arrianos patrem filiumq̄ secernens. pater enim ⁊ filius distinctionem habent. separationē vero non habent. Item i eodem. pater ⁊ filius diuinitate vnū sunt. nec est ibi substantie differentia. nec vlla diuersitas. Alioquin quomō vnuꝫ deum dicimus. diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex p̄dictis. qꝫ in trinitate nulla est diuersitas si tamen aliqñ in scriptura inuenitur dictum tres diuerse psone. ⁊ hmōi. diuersas dicit distinctas.

Aug⁹. Ambro.

Diuerse dicuntur aliqñ persone. i. distincte.

¶ Qꝫ non debet dici deus multiplex. k

Et sicut in trinitate non est diuersitas. ita nec multiplicitas. ⁊ ideo non est dicendus deus multiplex. sed trinus ⁊ simplex. Unde Ambrosius in primo libro d̄ trinitate ait. Est in patre ⁊ filio non discrepans. sed vna diuinitas. nec confusum quod vnum est. nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaq̄ deus non est.

Ad intelligentiam eorum que dicunt in presenti distinctione. de his nominibus psona. substantia ⁊ essentia. duo principaliter querunt. Primo queritur d̄ translatione istoꝝ nominū ad diuina. Secō de numeratiōe eorūdē in diuinis. Circa primum querunt tria. Primo vtꝫ ad diuina debeat trāsferri nomē psone. Secūdo vero vtꝫ nomē substantie Tertio vtrū nomen essentie.

¶ Questio I a

¶ Utrum debuerit transferri nomen persone ad diuina Et qꝫ nomen persone non debeat dici in diuinis ostēditur sic. Augꝰ. vij. de trinitate. ⁊ habetur in lra. Dictum est tres psone. non vt illud diceretur. sed ne tacereretur. ergo videtur qꝫ solū ad fugā hereticorum ⁊ non fm veritatē ⁊ p̄prietatē dicatur persona in diuinis ¶ Item hoc ipsum videt ratione. quia persona nominat particulare. ⁊ non quodcūq̄ sed rationalis nature. sed a quocūq̄ remouet superi⁹ ⁊ inferius. ergo cuꝫ in diuinis non sit dicere particulare simpliciter. nec erit dicere personā. ¶ Itē particulare rationalis creature est cōpositissimū inter omnia creata. Nam compositū est ex substantia corpali ⁊ spirituali. et rursus corporalis inter omnes videt habere maiorem cōpositionem. ergo cū persona sit nomen particularis. et h̄ summe cōpositi. ⁊ in diuinis est summa simplicitas. patet qꝫ in diuinis non oportet dici nomen persone. ¶ Item vocabula nostra debent respōderi grecis vt vnitas fidei ostendatur. sed greci non vtunt vocabulo prosopon in diuinis. quod est idem quod persona ergo cū ipsi p̄prius habeant vocabula q̄s nos et nō vtuntur. nec nos debemus vti. ¶ Contra. Persona dicitur quasi per se sonans siue per se vna. sed per se vnum p̄prissime recipitur i deo. ergo ⁊ persona fm suum nomen. ¶ Item persona dicit habens suam naturam intellectualē ab alijs distinctam. sed in deo est ponere habentē naturā intellectualem ab alijs distinctam. sicut supra ostensum est d̄ pluralitate personarum. ergo ⁊c. ¶ Item persona nominat mihi vltimū in genere rationalis nature. sed rationalis siue intellectualis natura est nobilior inter creata. ⁊ rursus vltimum in illa est cōpletissimū. quia ei nulla potest fieri additio. ergo si quod cōpletionis est ponendū. est in deo p̄prissime. ergo patet ⁊c. ¶ Item persona dicit dignitatē. Unde in ecclesijs persone dicuntur habentes dignitatē aliquam notabilē. ergo cum dignitas p̄prissime sit in deo. nomen persone p̄prissime i deo ponēdū est. ¶ Rº. dōm. qꝫ psona de sui ratiōe dicit suppositū distinctū p̄prietate. ad dignitatē pertinens. ⁊ hoc patet in sua ethimologia. ⁊ in equipollenti suo. In ethimologia. quia persona dicitur quasi per se vna. per se aūt vnum. p̄prie dicit vnum. quod est omnino distinctū ab alijs. ⁊ in se ipso distinctum. Rursum persona dicit a personando. quasi per se resonando. resonare autē dicit quod in sono p̄eminet alijs. ⁊ ideo persona dicit suppositum distinctum habens dignitatem. et ratione huius dignitatis cum deberet p̄na turam vocabuli dici persona penultima correpta. dicitur persona penultima p̄ducta. Similiter ratio huius significationis accipitur ab equipollenti in lingua greca. quod est prosopon. Apud grecos p̄sopon dicebatur sicut narrat Boetius homo laruatus. qui quidem solebat fieri in tragedijs. Et hoc fiebat p̄pter duo. Una ratio erat ad distincte representandū eum de quo fiebat sermo. Alia ratio erat ad melius psonādum vel resonandū. ⁊ ista duo conueniunt predictis duabus p̄prietatibus. ⁊ ideo ab hoc nomine prosopon apud grecos. tractū est hoc nomen persona apd̄ latinos. ⁊ quia in ecclesijs maxime attenditur distinctio dignitatum. tractū est primo ad significandū honorem in ecclesijs. Deinde quia individuū rationalis nature distinctū est ab alijs. et hoc p̄prietate dignitatis inter creaturas. hinc est qꝫ extensum est ad significandum suppositū rationalis nature. Deinde quia i deo est reperire suppositū distinctū p̄prietate nobi/

6

lissima. spiritusancto dictante translatū est ad diuina quia ibi res nominis propriissime ꝙuenitur. ꝙuis ipm nomen prius alijs est impositū. Concedendū est ergo ꝙ in diuinis proprie ⁊ cōuenienter nomen persone ac
7 cipitur. ¶ Ad illud ergo quod obijcitur. ꝙ dictuz est non vt diceretur. dicendū ꝙ Augustin⁹ loquitur de tempe illo in quo nomen psone fm vsum equiualebat substantie. ⁊ ideo dictum est. nō vt diceretur quod p/sona cōsueuerat significare. sed dictū est quasi transla
8 tum ne taceret. id est. ne confessio fidei diminuta esse probaretur. ¶ Ad illud qō obijcitur ꝙ persona nominat particulare. dōm ꝙ particulare de ratione sui nominis importat partē ⁊ imperfectionē. sed psona ō ratione sui nominis importat cōpletionē. ideo ponitur in diuinis. ꝙuis nō particulare. ⁊ bene. quia in diui/nis nomen speciei ꝓprie dicit. ⁊ nomen generis impro
9 prie. ¶ Ad illud qō obijcitur ꝙ persona nominat cō/positissimū. dōm ꝙ hoc accidit. quia indiuiduum ra/tionalis nature create est in genere. ⁊ ideo multis dif ferentijs distat. cum distinguat qualitate. sed in diui nis est distinctio sola origine. ⁊ preterea nō est in gene re. ⁊ ideo nō oportet ꝙ sit ibi aggregatio differentiarū
10 ¶ Ad illud quod obijcit. ꝙ apud grecos non vtūtur equipollenti scz ꝓsopon. dōm. ꝙ ratio vtendi apud latinos nō tā fuit ꝓprietas ꝙ penuria. ꝙ nō habebant qō rnderent. ⁊ ratio huj⁹ fuit. ꝙ suba fm cōem vsum idē sonat qō essentia. greci aūt habebāt ꝓpriū vocabu/lum scz hypostasis quo vtunt. ⁊ ideo non sunt vt nos coacti transferre.

¶ Questio II b

17 ¶ Item bonitas ordinis pendet ex bonitate partium. sicut respectuum ab absoluto. sed res ſm esse absolutū non sunt optime ģ nec in ordine. ¶ Rº. dōm. q; est ordo/do partium in toto. ꝛ est ordo ꝓtiū in fine. ꝑmus ordo respicit sapientiam. scōs ordo respicit bonitatē. ꝛ sunt isti duo ordines ita coniuncti vt vnꝰ alteri ↄformetur ꝛ ordo ꝓtiū in vniuerso ē ꝓpr̄ ordinationē ad finē. Si ät loqmur de ordine ꝓtiū in vniuerso. aut hꝫ ē ꝗtū ad ꝑtes ꝑmas ꝛ substātiales. ꝛ sic absq; distinctiōe optime sunt ordinate. ita q; melꝰ ordinari nō potuerit. q; in eis ↄsistit ordo substātialis. ꝛ pulcritudo vniuersi imutabilis Vel ꝗtū ad ꝑtes corruptibiles ꝛ remotas. Et hꝫ duplr. Aut vt absolute ꝛ vt nūc. ꝛ sic potuerit melꝰ ordinari. aliqñ erūt melꝰ ordinate. Aut simplr ꝛ in relatione ad finē. ꝛ sic sunt res optime ordinate in vniuerso. ſm q; cō uenit ordini in finē. Silr optime ordinate sunt res in si nē saluo ordine vniuersi. q; vniuersū ē tā ꝗ pulcerrimū carmē qō decurrit ſm optimas ↄsonātias. aliis ꝓtibus succedētibꝰ. aliis ꝙsq; res pfecte ordinent in finē. Uñ sic in ꝓductiōe rez manifestat potētia. scz in cōgatiōe si ue in ordine nō entis ad ens oñdit sūma potētia ex nihilo. sic ordo rerū in vniuerso in se oñdit sapiam. ꝛ ordo ad finē bonitatē. scz in cōgatiōe vnꝰ ad alterū oñdit summa sapia ꝛ sūma bonitas. q; nihil pōt būc ordinē deor/dinare sic melꝰ. ↄ. patebit. ¶ Cōcedēdū est ģ rōnes ꝓ/

18 bantes q; res sunt optime ordinate. q; respiciūt vtrūq; ordinē. ¶ Ad illō qō obꝫcit q; sapia ē infinita. dōm q;

19 ꝗuis sapietia est infinita. tñ res nō sunt capaces nisi ordis finiti Et ipa sapietia summa. summū dat ordinē

20 quē hr̄e pñt. ¶ Ad illud qō obꝫcit q; in vniuersū cadit inordinatio. dōm. q; si cōsiderem⁹ hos ordines scz ad finem in vniuerso. ita se adinuicē cōplectūt q; nō pōt ibi esse inordinatio. ¶ Ad illud qō obꝫcit de ꝓpinquitate

21 dōz q; hoc ē verū ſm ꝓpriā ordinationez. scz ſm decursum vniuersi necesse ē q; res sit ꝑmo lōge a fine. ꝛ post appropinquet. ¶ Ad illud qō obꝫcit q; ordinis bonitas pendet ex ꝑtibus. dōm q; sicut aliqua cōtingētia in se bñt esse absolutū cōsequēs scz ordinē necessariū. sic ↄtin,ꝓsito ītelligendū q; ꝗuis aliqd nō sit optimū in se. tamē optime ordinat. Et exemplū huiꝰ ꝑtz in ꝑtibꝰ corporis et in re artificiali in q; ē cōsc nātia ꝛ armonia sicī citha/ra. Quāuis enī nobilior sit situs oculi ꝗ pedis. tñ si ↄsi derem⁹ vtrūq; ſm suū officiū. tā oculus ꝗ pes optime situati. sunt ī toto. ita q; nec oculus melius pedet nec ē/ conuerso. ꝛ ita dicit Aug⁹. sup̄ Joh. Ꝛ sicut angelus optime in celo. ita ꝙmicul⁹ optime in imo sicut in ter/ra Et similiter apparet in cithara. pñt enī oēs cordę ita ꝓportionari q; si aliq; tendat vt detur ei melior sonꝰ nū/ꝗ remanebit cōsonātia. silr dictiones pñt ordinari ad faciendū ꝙsum. ita q; ex illis dictionibꝰ possibile ē fieri ꝙsum melꝰ ordinatū sic in ꝓposito intelligendum.

¶ Questio. IIII d

¶ Utrū potuerit facere mūdum antiquiorē. ꝛ q; sic videt. ij. Pet. vlti. Mille anni apud deū sicut vna dies. et in ps. Mille ānī añ oc̄los tuos tāq; vna dies hesterna q; pterūt. pari rōne. C. M. annoꝝ. ģ si deꝰ potuit facere mundū añ diē hesternā. potuit ꝑ C. M. annoꝝ añ. ꝛ si hꝫ. esset antiquior. ģ ꝛc. ¶ Itē diuina potentia ꝛ opatio nō ꝛpendet. nec a materia nec a tpe. ģ q; rōne pōt ī vno instanti pōt in alio. scz q; rōne in posteriori. eadē rōne in priori. ꝛ si hꝫ mūdus potuit fieri antiquior. ģ. ꝛc. ¶ Itē diuina essentia ꝛ potētia fuit añ tpis ꝓncipiū. aut ģ fuit potēs. ꝓducere ante. aut nō. Si nō. ģ erat ipotens. Si sic. ģ potuit facere mundū añ ꝗ faceret. ¶ Itē ego quę/ro vtrū potuerit facere post. Si sic. scz nō ē maior rō de post ꝗ de añ. ģ pari rōne potuit facere añ. Aut si nō po tuit post. nec ante. ꝛ ita necesse fuit q; tūc. ģ videt q; con pulsus ꝛ nō volūtarꝰ mundū fecit tūc. ¶ Scz cōtra añ ꝓncipiū tpis nihil erat nisi eternitas. ģ si potuit mūdū facere añ ꝓncipiū tpis. potuit facere ꝛ in eternitate. sed q; hz esse in eternitate caret ꝓncipio. ꝛ nihil tale pōt esse creatū ex nihilo. ģ ꝛc. ¶ Itē si potuit facere añ. ponat/silr ego quero vtz añ. ꝛ sic in infinitū. scz infinituz a pte ante ē eternū. ģ si potuit in infinitū ante facere. potuit etiā ab eterno. si ergo nō potuit facere mūdum eternū. q; nō esset factꝰ. ģ nec antiquiorē. ¶ Itē necesse ē mūdū hr̄e finitā durationē a pte añ. scz in oīm finito necesse est alicubi stare vltra q; nō pōt fieri ꝓgressꝰ. scz q; rōe statur in aliquo instanti finito. staī in illo in q; cōditus ē mun dus. ģ. ꝛc. ¶ Item ꝓncipio totiꝰ antiquitatis nō potest aliquid fieri vel cogitari antiquius. scz tps vel euuz qō incepit cū mūdo ē totiꝰ antiquitatis ꝓncipiū. ģ etiā non potuit aliquid esse antiquiꝰ. ¶ Rº. q; cū queriť vtrū deꝰ potuerit facere mundū antiquiorē. pōt itelligi duplr. Aut q; ipm creauerit ab eterno cū ꝓdurerit ex tpe. ꝛ tūc esset antiquior. Aut ita q; mūdus durasset tpe longiori tñ finito. Primū credo ipossibile simplr. qm̄ implicat in se cōtradictionē. Exhꝫ enī q; ponit fieri. ponit hr̄e ꝓn cipiū. ex hꝫ aūt q; ponit eternꝰ. ponit nō hr̄e ꝓncipiū. vñ idē est querere. vtz deꝰ potuerit añ mūdū facere. q; mū/dus habendo ꝓncipiū nō hr̄et ꝓncipiū. hꝫ includit contradictionis vtrāq; ptem. Similiter quantū ad secundum sensuz videtur aliquibus impossibile. quia implicat in se oppositionē. qm̄ ăterioritas siue ăntiquitas in/cipit simul cum tempore. nā in eternitate nō est ante et post. ꝛ tps incipit de necessitate simul cū mūdo. sicut situs. incipit cū loco. ꝛ locus cum orbe ꝑmo. Uñ sicut si quereret vtrum ꝑmus orbis potuerit fieri altior. nulla esset in mundo questio. imo implicat contradictionez scz extra omnē locū esse locū. et venit ex falsa imaginatione. quia imaginat totū mundum esse in locali spacio. sicut imaginat terram circūdari aq̄. Silr intelligendū est in ꝓposito q; est implicatio cōtradictonis. ꝛ venit

er falsa imaginatõe. qz imaginamur añ ꝓncipiũ mũdi fuisse durationẽ tpis in q mũdus potuisset ante fieri. Uñ si ꝙrat vtrũ totus mũdus potuisset extra totũ mũ/dũ vel sup. vel infra. stulta ẽ qstio 7 iplicãs opposi/ta. 7 veniens ex mala imaginatõne. ꝑ hũc modũ nñ dent si ꝙrat vtrũ mũdus potuerit fieri añ vel antiqor. vñ dicũt ꝙ si aliqd ꝓcessisset añ mẽsurãs tpaliter. potu isset vtiqz añ fieri. silr si locus esset extra potuisset alti/or fieri. Rõ aũt istius male imaginatiõis ẽ. Cũ enim imaginamur eternitatẽ in infinitũ añ tps fuisse. intel/ligim9 eã quasi duratõne extẽsam in q̃ sunt diuersa nũc in qz ꝙlibet potuisset fieri tps. Sed h̄ oĩno nihil ẽ. qz eternitas ẽ simplicissimũ in q̃ nulla oĩno cadit diuer/sitas. Cõcedendũ g̃ sicut pbãt rões inducte ad h̄ ꝙ sic nõ potuit mũdũ facere ĩ alio loco. qz nõ ẽ in loco sic nec
23 ante. qz nulla est antiqtas nisi in eo. Ad illud qõ ob ̃icitur ꝙ apud deũ nõ est vis aliq̃ in aliq̃to tpe. 7 ꝙ po tentia eius nõ depẽdet ex. dicũt ad oĩa vnica rñsione. ꝙ q̃cuis diuina ̄ytus ad nihil arteꝛ. tñ ꝓncipiatũ nõ ꝑt facere sine ꝓncipio. 7 tpale nõ sine tpe. 7 ꝑmũ tpale non põt facere nisi in ꝓncipio tpis. 7 ꝓncipiũ tpis nõ nisi ĩ ꝓncipio tpis. Oppositũ enĩ nõ dicit potẽtiã sz magis ↄtradictionẽ 7 repugnãtiã. nec tũ artaꝛ ad sic faciẽdũ qz posset oĩno non facere. Uñ sicut stulta est qõ si ꝙrat vtrũ potuit facere ꝓncipiũ tpis añ ꝓncipiũ tpis. simi/liter 7 ꝑdicta. Sz qm̃ durũ videꝛ dicere ꝙ de9 nõ po/tuit facere mũdũ antiqorẽ. 7 ꝺn aliũ mũdũ facere potue rit. sz tm̃ istũ. ꝓterea dicũt alij ꝙ sicut de9 potuit face re mundũ ampliorẽ. ita potuit facere antiqorẽ sine om ni distinctiõe. Et tm̃ istud nõ est oĩno silẽ. qz de9 posset facere celũ amplꝰ 7 magis distare a terra. salua vtri/usqz natura. sz si de9 intelligaꝛ fecisse ꝙ illud nũc magꝭ distet a ꝓncipio tpis. intelligiꝛ illud nũc esse aliud. qa etiã si intelligaꝛ mũdus factus ante. adhuc nõ esset an tiquior respectu istius nũc. qz tm̃ distaret q̃tũ distat a ꝓncipio. 7 ita nõ esset antiqor. 7 iõ nõ ẽ simplr negãda. nec simplr ↄcedẽda. sicut nec ista de9 potuit facere mũ dũ altiorẽ. Si enĩ intelligas de h̄ absolute. falsũ est. si cut dicit ꝑma opinio 7 nõ intelligibile. 7 implicatõ cõ tradictiõis. Si aũt intelligas ꝑ cõcomitantiã alteri9 loci. s. qz deus potuit facere aliũ mũdũ amplectentem istũ in q̃ situ posset brẽ magis altũ 7 minus. silr iudicã
24 dũ de antiqtate Et iõ si ꝙrat. vtrũ de9 potuerit añ fa/cere mũdũ. distinguẽdũ sicut hic. Utrũ de9 potuerit facere mũdũ in alio loco vel alibi. qz aduerbialis ter minatio põt caderе sb ampliatiõe ybi vel extra. Si sb ampliatiõe ybi tũc est vera. 7 est sensus ꝙ de9 potuit a liũ locũ facere 7 in illo mundũ istũ totũ ponere. potuit enim facere centũ tales mũdos. 7 adhuc vnũ ↄplectẽ tẽ omẽs. 7 vnũ in loco altiori q̃ aliũ. sic 7 in tpe intel/ligendum est. ꝙ deus potuit facere tps añ h̄. 7 in illo facere mũdũ. Alio mõ põt caderе aduerbialis ter/minatio extra ampliationẽ de ly põt. 7 est sens9 ꝙ de/us põt facere mũdũ istũ in alio loco q̃ est extra mun/dũ. 7 hic ẽ iplicatio falsi. qz nõ est loc9 nisi intra mũ/dum. 7 silr de tpe intelligendũ. Ad illud qõ obꝯ/
25 citur ꝙ ante nõ erat nisi eternitas. dõm ꝙ verũ ẽ. sz ta/men deus poterat facere ꝙ añ esset tps Ad illud qõ obr̄ de infinito a ꝓte ante. dõm ꝙ infinitũ a ꝓte añ põt esse a ꝓposito aut ex actũ aut ex potẽtiã. Primo mõ dicit eternitatẽ. scõo minime. qz eternitas dicit infini
26 tũ actu. Ad illud qõ obr̄ ꝙ necesse ẽ ponere statũ. di cendũ ꝙ verũ est. sz status pñt esse infiniti. 7 sz in potẽ tia nõ sit ponere statũ. tñ qz actus nõ ↄsequit̄ totã po tentiã sz in aliq̃ statu est. iõ in statu finito. Si queritur quare magis in hoc q̃z ĩ alio. ratio summa 7 potissima est volũtas faciẽtis. Ad illud qõ obr̄ ꝙ antiqtas ce pit cũ mũdo. dõm ꝙ verꝫ est. sz de9 potuit facere ꝙ an/te incipet. iõ nõ valet rõ illa. Rõnes ad oppositũ sunt cõcedẽde. ꝓcedũt enĩ ex ꝑte ꝓmam viam.

Questio vnica. e

Onsequẽter q̃tũ ad scõm articulũ qrit̄ de ĩmu tabilitate diuine potẽtie. Utrũ vicz ꝙ sel deus põt sp possit. Et ꝙ sic videꝛ. qz oĩs potẽtia q̃ ẽ idẽ cũ el sentia hz idẽ posse qõ esse. 7 omne illud cui posse ẽ idez qõ esse si hz esse ĩmutabile 7 eternũ. hz 7 posse sz ꝙ deus semel est sp ẽ. qz ei9 esse ẽ ĩmutabile. g̃ 7 qõ sel põt sp põt Itẽ oĩs potẽtia q̃ est infinita 7 nõ põt nõ esse infi/nita sp est respectu eq̃liũ. qz si respcũ paucoꝝ esset. ali/qñ desineret esse infinita. 7 desineret esse ops. sz diuina potẽtia sp ẽ infinita 7 ops. g̃ nihil possibiliũ accrescit ei nec decrescit. g̃ qõ semel põt sp põt. Itẽ oĩs poten tia q̃ ẽ oĩno efficies 7 nullo mõ dependẽs a possibili. oẽ qõ põt sp põt si in seipa maneat nõ mutata. sz diuina po tẽtia ẽ sp hmõi 7 nõ mutaꝛ in se. g̃ 7c. Itẽ q̃cqd deus potuit adhuc põt. si nihil de eo factũ est qõ nõ sbsit ex/tuti. sz nihil põt fieri ab ipo qõ nõ sbiaceat diuie ̄tu/ti. g̃ ꝓter illud factũ nõ impediꝛ q̃n adhuc possit. g̃ põt quicqd potuit. Sz ↄ. si de9 põt sp q̃cqd potuit semꝫ sz potuit x̄pm resuscitare a mortuis 7 mũdũ creare. g̃ 7 mõ põt qõ stultũ est dicere Itẽ si q̃cqd semel pt semp potuit. sz mõ pt mũdũ creasse. g̃ ab eterno potuit creaꝛ se. Itẽ si q̃cqd pt sel 7 sp. sz añ mũdũ potuit facere ꝙ mũdus nõ fuisset. g̃ 7 mõ põt facere ꝙ mũd9 nõ fuisset. Itẽ cũ ōr. de9 pt h̄. siue pt h̄ facere. h̄ aliq̃ ꝛmonstra to. aut ↄnotaꝛ aliqd. aut nihil. Si nihil. g̃ eq̃ vere põt dici ꝙ de9 pt malũ vt bonũ. Si aũt aliqd ↄnotaꝛ. h̄ nõ est nisi possibilitas ad fieri. sz qõ factũ est idẽ ipm non hz possibilitatẽ ad fieri. g̃ de9 nõ pt facere qõ factũ est. 7 pus potuit. g̃ nõ pt q̃cqd potuit. R̄. ad h̄ ẽ duplex modus rñdẽdi. sicut ad sophisma de scia. cõcesso enim ꝙ dĩna potẽtia ex̄ ̄tatẽ oĩno sit ĩmutabilis. ex posi tionẽ tñ noĩaliũ ↄcedũt hãc. pt q̃cqd potuit. 7 rñdẽt il/lationi sz potuit x̄pm suscitare. g̃ mõ pt. rñdẽt ꝙ nõ oz inferri sb illo tpe. sz sb alio. g̃ pt x̄pm resuscitasse. 7 hoc enũciabile adiũctũ ̄ytis diuersoꝝ tpm nõ ẽ idẽ. iõ dicit ꝙ ꝓ ẽ vera. 7 si aliꝫ inferaꝛ assignãt pcm̃ in ꝓcessu se cũdũ fallaciã figure dictiõis vel ex̄ accidẽs. Uñ sicut s. pbatũ fuit. hec positio nõ hz ̄ytatẽ q̃tuis illa positiõ vr̄ fuisse pbabilis. 7 mgr̄ fuit hui9 positiõis q. ꝓ sol/uit. Et iterũ. nõ soluit ĩ ꝓposito. Primũ qz si diceretur de9 posse q̃cqd potuit. qz pt fecisse qõ potuit facere pa ri rõne q̃ nũc ẽ cec9. pt q̃cqd potuit. 7 trũcaꝛ qz pt fecis se qõ potuit facere. 7 pt nũc vidisse qõ potuit videre. Preterea dantẽ oppositũ hui9 solutõis adhuc contin git soluere h̄ mõ formata rõne. pt q̃cqd potuit. sz potu it nõ fecisse mũdũ añ q̃z faceret. g̃ 7 mõ põt nõ fecisse. lo/co eius qõ ẽ nõ fecisse nõ ẽ aliud dare equalẽs. g̃ illa nñ sio nõ soluit. maxie cũ ipe mgr̄ dicat ĩ lra ꝙ de9 nõ pt fa/cere oẽ qõ potuit aliq̃n facere. nec vult facere. vel esse. vel fieri. qõ aliq̃n voluit facere eẽ vel fieri. Jõ dõm si/cut dictũ fuit de scia ꝙ dĩna scia ̄se oĩo ĩmutabilis. de/finit scire aliqd enũciabile rõne ↄnotati. qz scibile desi/nit eẽ ex̄ 7 ipa scia siue scire ↄnotat vno mõ incognito ̄ytatẽ. silr ĩtelligẽdũ ꝙ dĩna potẽtia ↄnotat in respcũ cui9 ōr possibilitatẽ. 7 talẽ inquã possibilitatẽ q̃ respi/cit potẽtiã agẽtẽ sb rõe potẽtie nõ ipotẽtie. Om̃ g̃ ita ẽ. ꝙ mlta possibilia fiũt ĩ possibilia ꝑ accñs. 7 mlta possi/bilia fiũt ẽtia 7 iã sũt ĩ possibilia ad fieri. facere ei ꝙ ñ ens nõ sit nihil ẽ facer̄. silr facer̄ ꝙ scm̃ ẽ nihil ẽ facere. 7 ita

impossibile ē fieri. hinc est q; q2 de⁹ nō potest nisi pos/
sibile. quod posse ē possibile. q2 nulla mutatione facta
in potētia sed eq̄liter deo existēte potēte fit aliq̄d deo ī
possibile. ꝓter mutationē a ꝓte rei. ⁊ hec cōcedenda est
79 q; diuina potētia ē imutabilis. ⁊ hec negāda ē. q̄cq̄d de⁹
semel pōt semp pōt. ¶ Ad illō g̃ qō obz q; diuinū posse
ē ee. ⁊ infinitū ⁊ indepēdes. totū illud cōcludit q; ipa nō
mutet. sz nihil sequit de ↄnotato. vez ē tn q; posse dei re
spectu ↄnotati sp ē infinitū. q2 si aut erat infinitū ab in/
30 finito. nihilomin⁹ remanet infinitū. ⁊ ideo q̄uis desi/
nat aliq̄d posse facere. sp tn infinita pōt. ¶ Ad illō qō
obz vltimo. q2 alia patet ex h; q; diuina potētia dñat oi
bus q̃ sunt. dōm. q; oīa ei subsunt. ⁊ tn nō sequit q; pos
sit facere qō factū ē. pōt tn illud destruere. sz facere non
pōt. q2 faciēdo. aut facit aliq̄d aut nihil. Si aliq̄d. g̃ ali
q̄d pl⁹ ē nūc q̄z ꝑus. g̃ nō facit qō factū ē. Si nihil. g̃ fa/
ciendo nihil facit. Silr de eo qō fuit. facere qō nō fuerit
aut facit h; quiescēdo. aut opando. aut destruēdo. Qui/
escendo nō. si em̄ de⁹ nihil faciat. cū h; ē ꝑteritū sp ē ꝑteri
tū. Si vo faciat opando. cū nihil er h; fiat. h; em̄ nō fuit
se ꝑteritū nō ē aliq̄d. g̃ faciēdo nihil facit Si vo destruē
do. cū ꝑteritū siue qō fuit nō sit. nihil facit destruēdo. et
destruēdo nihil destruit. Cōcedēdū ē g̃ q; nō pōt q̄cq̄id
potuit. q2 fuit aliq̄n possibile qō factū ē ipossibile. non
ꝓpter arrationē potētie. sz ꝓpter h; q; necessario ↄnotat
impotentiā. ⁊ sic patet obiecta.

Distinctio. xlv. de q̄dditate volūtatis dei.

Am de volūtate dei aliq̄d ꝑ sensus nr̄i imbecil
litate ⁊c. Supra egit mgr̄ de sciaz potētia. Hic
ia tertio agit de volūtate. Et hz hec ꝑs tres ptes
In prima agit de volūtate ꝑm suā q̄dditatē. In scōa ꝑm
eiꝰ implectionē respectu opis. q̄liter scz impleat. ī. dist.
xlvj. Hic oīt questio. dictū ē em̄. In tertia determinat
q̄liter volūtas nr̄a diuine ↄformat. ⁊ h; dist. xlvij. Sci
endū quoq; ē q; aliqn̄ mala ē volūtas. ¶ Prima ꝑs hz
tres ptes. In prima oñdit q; volūtas dei est ipa diuina
eēntia. In scōa q; ipa ē omnū cā. ibi. Hec itaq; summe
bona voluntas cā ē. In tertia oñdit q; ipa volūtas dei
ē multipliciter dicta. ibi. Hic nō ē ꝑtermittendū nos

De volūtate dei q̃ eēntia dei
vna est et eterna. a

1 a ¶ Relatiue ei voluntas nun/
quam dicitur. Videtur falsuz
quia sicut creator dicit ad creaturam. ⁊ ꝓsci/
encia ad ꝓscitū. ita velle dicitur ad volitum. sed
est sup habitum dist. xxxv. q; il/la dicūtur rela/
tiue. g̃ et velle. R⁹. dōm. q; magister accipit h;
relatiue put re/latiuus modus dicendi distin/guitur a mō di/cendi fm substan
tiam. ⁊ hic ē ꝑsonalis. ⁊ ita. accipitur hic. ipe ār
objcit de relation/e respectu creature que ē quā
tū ad modū in/telligendi. nec distinguitur a modo dicēdi se/cundū subam.
R⁹. plenā cōtinēs so/lutionem

Am de volūtate dei aliq̄d ꝑ sensꝰ nr̄i ibecillitate dōm est
Sciēdū ē g̃. q2 volūtas siue volēs de deo fm eēntiā dr̄. Nō ē ei
ei aliud velle ⁊ aliud esse. ꝑ oino idē. ⁊ sic idē ē ei eē bonū qō esse
deū. ita idē ē ei eē volētē qō esse deū. Nā volūtas q̃ sp volēs ē. nō
affectꝰ vel motꝰ est q̄ in deū cadere nō valet. ꝑ diuia vsia q̃ volens est deus ⁊ huiusmodi.

¶ Soluit dubitatiōez q; lz idez sit deo velle qō esse. nō tn̄ ꝑt dici deus esse oīa que vult. b
Et lz idē sit deo velle qō ee. ñ tn̄ dōm ē deū ee oīa q̃ vult. Qō q̄dā de dei volūtate nō recte sentiētes. nob objciūt dicētes. Si idez ē deo velle qō ē. g̃ cū dicim⁹ deū velle oīa q̃ facit. dicim⁹ euz esse oīa q̃ facit. alioqn̄ nō ibi illo ꝟbo idē significat. qō significat h; ꝟbo ee. cū de deo dr̄. Et si ita ē nō sp̄ oz de deo velle fm eēntiā Si vo ꝑz eēntiā nō oz aliqn̄. quō g̃ oz de deo. a ¶ Relatiue eīm volūtas nunq̄z oz. Ad qō dicim⁹. q2 licet idē penitus sit deo velle qō ee. nō tn̄ pōt dici oīa que vult. sicut idē ē deo ee qō scire. nec tn̄ sicut oz scire oīa. ita q̄z pōt dici ee oīa. At vbicunq; deꝰ oz scire vel sciens. vel velle vel nolēs. h; de eo fm eēntiam dicunt. Cū enim oz deꝰ scit vel deꝰ vult. siue deus ē sciens vel volens. eēntia diuina ꝓdicat. ⁊ deꝰ esse enūciat. Cū aūt addit oīa vel aliq̄d vel aliq̄. ⁊ oz deꝰ scit oīa vel vult aliq̄d vl aliq̄. eēntia quidē diuina ꝓdicat nō simplr ⁊ absolute. ꝑ ita vt scie que ipe ē oīa subiecta monstrentur. ⁊ voluntati que ipsa eadez est aliq̄d vel aliqua subiecta eē dicant. vt talis fiat sensus b deus b scit oīa. i. deꝰ ē cuiꝰ scie que ipsius eēntia ē. oīa subiecta sunt. Similiter deꝰ vult hec vel illa. i. deus est cuiꝰ voluntati que ipse est hec siue illa subiecta sūt. Volens ergo siue velle oz deus fm eēntiam. cuiꝰ voluntas eēntia ē sempiterna ⁊ imutabilis. licz ea varient ⁊ transeant que ei subiecta sunt. que non potest ee iniusta vel mala. quia deus est. q2 velle nō ē tantū respectu creati vt ꝓscire ⁊ creare. sed etiā respectu dei.

Deus scit. deus vult. deꝰ nō vult quō intelligantur hec verba

b ¶ Deus scit omnia ⁊c. Videtur male dicere q2 silr diuie voluntati subiecta sunt omnia. q2 volūtati eiꝰ nullus resistit ergo deus vult omnia. qō non cōceditur. ¶ Item ego quero cum omnia scibilia sint subiecta diuine scientie ⁊ essentie. ⁊ silr volita. quare non dicimus q; deꝰ volendo se velit alia. Quod si tu concedis. tunc cetera eēnt eterna. Si tu dicas q; non est simile. queritur quare non. ⁊ videtur q; sit sile. q2 sic diue scie

actus nō dr flectit extra dēū. t sciēdo se scit omnia. ita t dr voluntate vidēt. Rō. dōm. q subiecta diuine sciētie nō dicunt q: sunt inferiora. sed subiecta dicunt respectu quoꝝ est actus diuine cognitionis. t hec quidem sunt oīa cognoscibilia. t ideo nouit oīa similit subiecta volūtati. t hec sunt oīa volibilia. ideo ptz illud. Nō q̄rit.

3 vtruz volēdo se velit oīa. dōm q velle vno mō dicit cōplacētiā

Diuina voluntas ē cā prima

Alio mō dicit cām. Prout dīc cōplacētiā. credo q bñ pōt dici q volēdo se velit oīa q: oīa placent ei q ab ipso t ad ipm sunt. put tñ dicit pgressum effect⁹ ab ipso. cuius act⁹ nō egredit. t tō dicit respectuz ad crēplar. vñ sic nō sequit. possendo se pōt oīa. sic t in ꝓposito.

Aug⁹.

Hic vī quare e⁹ cā quēda nō est

c Quare fecit

4 deus celū t terrā. Rndendū ē illi q: voluit. Videt mala rnsio. qa tūc vī facile oīa dēmiare. videt etiā q voluntas dei nō bēat rōnē. Sz ꝛtra. sup illud Eph. j. Secundū ꝓsiliū voluntatis suc. glo/sa. volūtas dei ē ex rōe. g ē q̄rere rōnē. Rō. dōm. q voluntas nra cū exercet a volito. cām t rōnem ab eo hz. t cuius ad se. t cuius ad volitū. maxime tñ vult aliqd qđ ē ꝓpter finē. sed volūtas dei cuius act⁹ ē ipse. maxime cuz vult. quia nō excedit aliqua rōne alia a se. tū causam cuius ad se habere nō pōt. Volitū aūt aliquādo habet aliā causam cuius voluntatē. aliqñ solam voluntatem. vt in mundi creatione volūtas habet rōnem sed nō causam. quia nō est irrationalis. vnde nō habet rōnem tanq̄ diuersam a se. sed idem re. t ideo volūtas dei nō pōt ee irrōnalis. t ꝓpter hoc in actibus q totalit sunt ab ipso sufficit ipsum scire nec oportet vlteri⁹ aliā rōnē querere. t sic patet illud. d Volūtas ergo dei

5 intentionē. videt q nihil fiat casu t fortuna. Rō. dōm. q dr. Cuius sit cā oīm. nō tñ ē tota cā. sz ipe cum causis creatis. Propter hoc notādū q effectus hz comparari ad cām supmā que dr ē. t sic nihil euenit casu t fortuna. Habet etiā compari ad volūtatē siue causam creatā q ē natura vel intelligētia. t sic cū multa eueniant ꝓter intentionē. multa fiūt casu et fortuna.

Ecce his auctib⁹ apte ostendit q volūtatis dei cā nulla ē. t ideo querēda nō est.

Q volūtas dei ē omniū causa generalissima. d

d Volūtas q̄ dei (vt ait Aug⁹. in d
iij. li. ō tri.) ꝓma t sūma cā ē oīm
spūaliū atq motionū. e Nihil em fit e
qđ nō de interiori atq intelligibili aula sūmi impatoris egredi atur ꝑm ineffabilē iusticiā. Ubi ei nō opat qđ vult dei oipotētis sapictia. q ptingit a fine vsq ad finem fortit. t disponit oīa suauit. t nō solū facit ea q perseuerātia cōsuetudinis admiratiōe nō admittūt. sed etiā ea q ꝓpter raritatem t insolitū euētū mira vidēt vt sunt f defect⁹ luminariū. t fre mot⁹. t mōstruosi aīantiū part⁹ t his silia. quoꝝ nihil fit sine volūtate dei. sed pleriscq nō apparet. Jōq̄ placuit vanitati ꝓbox etiam causis alijs ea attribuere. cū oīno videre nō possent supiozē ceteris oīb⁹ cām. i. volūtatē dei Jtaq nō nisi di volūtas cā ꝓma ē sanitatis. egritudis. ꝓmioꝝ atq penaꝝ. grāꝝ t retributionū. Hec g sola ē vñ ortuz ē q̄cq̄d ē. t ipa nō ē orta sed eterna.

Nihil em 6
fit quod non dr interiori atq intelligibili aula summi impatoris egredit. Videt falsus quia peccata fiunt t non egredūt ab ipso. Rō. dōm. q magister ñ assumit hanc auctoritatē sic habēt in originali. Nam ibi dicit q nō iubeat aut ꝓmittat. cetera non habet locum obiectio. Nihilominꝰ

Sapi. viii

f potest dici q
maria restringit distributionem suaz ad res que sunt aliqua natura. vel dicendum q amplius at verbum egrediendi ad facere t permittere.

7

f Defectus luminariuz t terre motus. t monstruositatiū animaliuꝫ. etc. Videt falsum dicere. q monstrum dicit dr ordinati onē aliquā in natura. g nō est a cā supra/ma Rō. aliqñ

Volūtas dei ē multiplr dicta. e
Hic nō ē ꝓtereundū nobis q sacra scriptura de volūtate dei varijs mōis loq̄ ꝓsueuit. t tamen nō est dei voluntas diuersa. sed locutio diuersa ē de voluntate. q

dōm vī q mōstra dīc dr ordiatōes aliquā inata. t dicē sba aliquā. Sba cām hz positiuā q dr ē. iordiatōs illa ñ hz cāz positiuā sz ꝓuatōez. t ē vt ī plimū ipsa portio ē tuz agēs ad materiā. Aut ei matia supabundat. aut ōdīc ꝑz ꝓportōez caloꝝ opāz. t tuz. Et augē loqt ō mōstroz. cuius ad id qđ bñ sbstratū. Tñ alr posset dici q mōstra ee sūt a dō puniēte qñ pene sūt sic bñt rōez ordis. cuius ei dr ñ faciat ꝫ ordiez ī finē. facit ꝫ solitū cursū nāe frequēt. l. ad vindictā l. ad māz g g f Placuit vānitati ꝛc.. Vī q ñ bñ dicat. q ꝑhi cās alijs attribuert ee. g i b vani ñ fuert. vt pote luna eclipsat eo q ēra int pōit. Rō. q ñ iō dicūt vāi. q alijs tribuert. sz q sic alijs tribuert. vt ad cāz ꝓcipuā ñ referret

Et iō euanuerūt. qz ad cām pmā z pcipuā non veneruntque sola est causa simplicit̃ pma. z simplicit̃ generalissima. 9

b Mā volūtas dei z̄. Videtur falsū dicere qz plures sunt idee. eo q pluriū ideatoz ē simil̃ plures volūtates. qz pluriū volitoz̄. R°. dōz. q nō est simile sic̃ pa/ter in questione de ideis qz volūtas dicit q plus se tenet ex pte vo/lentis z fm eē z fm rōnem diendi. z ideo re z rōne vna est voluntas beneplaciti. sed idea scōm rōem dicendi plus se tenet ex pte ideati. quia similitudinē eius dic̃ z cognitō fm rōem intelligendi z dic̃/di motū dicit in nobis a re/bus ad aīam fm rē. sz in deo fm rōnem intelligēdi. volūtas aūt n̄. ideo hoc dupli/citer rōne cō/ceditur d̄ ideis non de voluntate.

b

pō. cxiij.

Rho. ix.

Rho. xij

Recitat quīdz que cōcēdū n̄ o pū dicunt dei voluntas.

pō. cx.

10 i Nec mutabilitatē z̄. Videt falsuz. qz deus nunc vult aliquid eē qđ postea non vult esse z videt q de/finat velle et similiter inci/piat. z videt divina volū/tas mutari. R°. dōm. q ī hmōi locutionib⁹ est soluz respectu ⁊ notati mutatio. quod compatur ad diuinam voluntatem ratione cuius ponit inceptio z desitio in actibus illis qui connotant aliquid de p̄senti. Si enim dicatur deus vult hoc esse futurum. ab eterno voluit. sed tamen causa in actu siue actualiter causans non fuit nisi quando facere voluit. id est. p illo instanti in quo actus volūtatis copulatur ope/ri. non aūt ipi subiecto volenti. z sic patet quō sit causa actualis in tpe nulla facta in ea mutatione. quia

pō. lxxxv iij.

pō. xviij.

Precepto. prohibitio. consiliū. dicit dei voluntas.

nomīe volūtat̄ diuersa accipit

Ponit modū p̄ncipalē accipiēdi b nomē volūtas fm quez d̄ volūtas beneplaciti. f

b Mā volūtas dei vere ac ppie d̄ q̄ in ipo est. z ipius eēntia est et hec vna est. nec multiplicitatē recipit nec mutabilitatē q̄ inexpleta eē nō p̄t. De q̄ ppheta ait. Omia q̄cūq̄ voluit dñs fecit Et apls. volūtati ei⁹ q̄s resistet Et alibi. Ut p̄betis q̄ sit voluntas dei bona z beneplacēs et p̄fecta. Et hec volūtas recte appellat beneplacituz dei siue dispositio.

Ponit modos nō p̄ncipales s tropologicos fm q voluntas accipit p signo volūtatis. s

Aliqñ xo fm figurā q̄ndā dicendi volūtas dei vocat qđ fm ppetatē nō ē volūtas ei⁹. vt p̄ceptio phibitio. p̄siliū. necnō pmissio. opatio. Jdeoq̄ pluraliter aliqñ scriptura volūtates dei pnūciat. Unde ppheta. Magna opera dñi exq̄sita in oēs volūtates e⁹ cuz nō sit nisi vna volūtas dei q̄ ipe est. pluraliter tñ dicit voluntates. qz volūtas dei varijs modis ac p diuersis accipitur vt dictū est. Jta etiā ide ppheta ppt multos effect⁹ miscōie z iusticie pluraliter dicit. Miscōias dñi eternuz cātabo. Et alibi. Justicie dñi recte letificantes coīda. cū tamē in deo vna sit miscōia. vna iusticia. z vna eademq̄ sit miscōia q̄ iusticia scz divina vsia Jdeo aūt p̄ceptio z phibitio atq̄ p̄siliuz cū sint tria. d̄ tñ vnūquodq̄ eoz dei volūtas. qz ista sunt signa diuine volūtat̄. quē admodū z signa ire dicunt. ira et dilectōis signa dilectio appellant. z k d̄ iratus deus z tamen nō est ira in eo aliqua. sed signa tñ q̄ foris sunt q̄bus irat⁹ ostendit. ita ipius nominat. Et est figura dicēdi fm quā nō est falsū qđ d̄. s vez qđ d̄. sub tropi nubilo obumbrat. Et fm hos tropos diuerse volūtates dei dicūtur. qz diuersa sūt illa. q̄ p tropū volūtas dei dicunt. Pro precepto dei atq̄ p̄silio p̄t accipi volūtas. vt ibi. Fiat volūtas tua sic̄ in celo z in terra. Et alibi. Qui facit volūtatē patris mei qui in celis est. ipe frater meus z soror et mater est. Et p̄tra hāc volūtatē multa fiūt. Unde Aug⁹. in li. de spū z littera. Jnfideles inq̄t p̄tra volūtatē dei faciūt. cū eius euāgelio non credunt. Et si illa tria dicunt dei volūtas. iō quia signa sunt diuine volūtatis. nō est tamē intelligēdū deū omne illud fieri velle qđ cuicunq̄ p̄cepit. vel nō fieri quod phibuit.

k Dicitur iratus deus z tamen non est ira in eo aliqua z̄. Videtur male dicere. quia in deo est vis rationalis z concupiscibilis. ergo pari ratione ponenda est in deo irascibilis. ergo sicut vere in eo est actus cognitiue et amoris. ita p̄prie act⁹ furoris. R°. dō q irascibilis aliquo mō sonat̄ perfectionem ō ratione sui nominis. z ideo dicunt aliq̄ q nullo modo recipitur ī deo nisi trāsumptiue. Contra. actus hmōi vis in nob sunt gloriari z dominari. z hi sunt ī deo. quare non simil̃ et hec vis. Et est ppter res dōm q ī deo vere est vis gloriandi z dominandi que ē ipa divina sbstātia tamen quia ita habet passionē quietam de ratione sui nomi/nis. ideo nō recipit̃ in deo vis irascibilis. nec ira nisi transūptiue et fmone tropico. Et notandum q deus habet signa ire non que significent iraz in ipo. sed que significant iram in nobis. z vere quā/do in nob sunt.

k

Exempla vbi p̄ceptō z consilio accipit̃ dei voluntas.

Aug⁹.

Deus nō vult abominib⁹ omnia fieri q̄ precipit vl̄ fieri que phibet.

l Precepit enim abrahe immolare filium nec tamen voluit. Contra. scōm hoc videtur q precep̄tum falsuz signum fuit. R°. dicēdum q voluntas dei volebat fidem z deuotionem abrahe manifestare in p̄operatiōe obediendi. z hoc deus volebat. z hoc signum importabat et vere. sed tamen scōm estimationem abrahe plus importabat z p illud plus qđ abrahā intelligebat dīs fidē eius p̄babat. ita q nec in signo falsitas. nec in abraham deceptio fuit sed probatio.

l

11

12

Exempla vbi pmissio ⁊ opatō dicūtur dei voluntas.

di. Permissio quoq; dei ⁊ operatio voluntas dei appellantur qualiter accipit Aug⁹. in ench. dicens. Non fit aliquid nisi ops fieri velit. vel sinendo vt fiat. vel ipe faciēdo. Nec dubitandū est deū facē bene etiā sinendo fieri q̄cūq; fiunt male. nō em̄ hec nisi iusto iudicio dei sinit. ⁊ pfecto bonuz est. oīe qđ iustū est. Ecce hic manifeste habem⁹ dei volūtatē appellari ipius opatōem vel pmissionē. cū dicit nō fieri aliq̄d nisi ops fieri velit. vbi includit ⁊ bona ⁊ mala oīa q̄ fiūt. Jdeoq; apte distinguit quō deū velle dixerit. ne eadē rōne intelligeret velle bona ⁊ mala subdens. vel sinendo vt fiat h̄ q̄tū ad mala dic̄. vel ipe faciēdo. h̄ q̄tū ad bona. Mala ei sinit fieri sz̄ nō facē. bōa vo ipe facē. Jdeoq; dixit eū velle. q⁹ ⁊ volēs mala sinit. ⁊ volēs bona opatur. ⁊ ob hoc pmissio ⁊ opatio volūtas dei dicunt.

Epilogus p̄dictoz q̄ q̄nq; supza sunt posita q̄

AD intelligētiā p̄ntis distinctōis tria p̄ncipaliter querunt. Primo de volūtate diuina q̄tum ad q̄dditatē. Scōo q̄tū ad causalitatē. Tertio q̄tū ad rōem significādi. Quātū ad p̄mū duo q̄runtur. Primo q̄rit vtz sit in deo ponere volūtatē. Scōo vtz ipm̄ sit dicere oīniuolētē sicut dicit ops.

Questio I a

Q⁹ in deo nō sit ponere volūtatē ostēdit auct̄e ⁊ rōne. Primo sic. Aug⁹. i li. de li. ar. Volūtas est rōnalis motus sensui p̄sidens ⁊ appetitui. sed in deo nō est motus nec sensus nec appetitus. g̃ neq; volūtas. Jtē Aug⁹. in li. de duabus animab⁹. Volūtas est animi motus ad aliq̄d p̄sequēdū vel fugiēdū. sed in deo nō est ponere fugā nec p̄secutōem. g̃ nec volūtatē. Jtē rōne. videtur q⁹ volūtas est potēcia in nob maxime vertibilis. vnde alie potēcie nō possunt in malū. sed sola voluntas est a q̄ est pcm̄. sed in deo nulla est oīno vertibilitas ad malū. g̃ ⁊c. Jtē volūtas eoipo q⁹ volūtas est ad oppositū. eo q⁹ ad oppositū est ꝺtingens ⁊ variabilis. in deo aut̄e nulla cadit ꝺtingēcia nec varietas. g̃ ⁊c. Probatio p̄me. volūtas eoipo q⁹ volūtas est. est ptās rōnalis. sed potestates rōnales sunt ad oppositū. sicut dicit phs. g̃ ⁊c. Similiter eoipo q̄ est volūtas est libera. ⁊ si hoc. nō est determinata ad vnū. q⁹ tūc nō haberet libertatez. sicut nec potēcie naturales. g̃ est ad oppositū. ⁊ igit̄ variabilis. Sz̄ j. Eph. j. dicit ap̄ls. fm̄ ꝺsiliū volūtatis sue. Et itez ibidē fm̄ ꝓpositū volūtatis sue. ⁊ tota scriptura est plena hoc noīe volūtat̄ vt est in deo. g̃ ⁊c. Jtē phs in. xj. ꝺcludit q⁹ volūtas est actio ipius dei. Jtē rōne videt. q⁹ volūtas est illud penes qđ residet inter creata summa ptās. g̃ si volūtas de se dicit potestatē. q⁹ oībus p̄sidet in regno aīe ⁊ nihil p̄t sibi impare sed deus est potētissimus. ⁊ oīe qđ possibile est sibi attribuēdū est. g̃ ⁊c. Jtē volūtas est in q̄ ꝺsistit voluptas summa siue felicitas. Beatus em̄ est q̄ hz oīe qđ vult. vñ nihil delectat̄ nisi habēs volūtatē vl̄ aliq̄d simile volūtati. sed deus est felicissimus in q̄ est oīs felicitas ⁊ iocūditas. g̃ ⁊c. Jtē volūtas est illud penes qđ residet iusticia ⁊ eq̄tas. iusticia em̄ nō est aliud q̄z rectitudo voluntatis. vñ nō habētia volūtatē nō sunt capabilia iusticie. sed deus est iustissimus fm̄ oēm intellectū. g̃ hz voluntatē. Jtē volūtas est vis fm̄ quā attendit̄ summa liberalitas. oīs em̄ liberalitas venit ex amore. sed conuenit q⁹ amor est actus volūtatis. in deo aut̄e ponere est summā liberalitatē. g̃ ⁊ amorē ⁊ volūtatē. Rō. dom. q⁹ in deo ē ponere volūtatez sicut ostēdūt q̄ttuor rōnes p̄dicte. Propter q̄ttuor ꝺditiones. s. potestatis. voluptatis. eq̄tatis. ⁊ liberalitatis. q̄ sunt circa volūtatem ⁊ magis p̄prie in deo. ⁊ cōpletiorē mō q̄z in nob. volūtas em̄ in nob est p̄ differētiā a sb̄stātia ⁊ actu. ⁊ p̄ distātiaz a fine. in deo aut̄ p̄ oīmodā indifferētiā boz̄. sc̄z sb̄stātie virtutis. actus. ⁊ finis. Et q⁹ in nob est p̄ differētiaz a sb̄stātia ⁊ ab actu. ⁊c. alīs p̄sidens. ⁊ fm̄ diuersos actus variabilis. Propter differētiā em̄ a sb̄stātia in q̄ possunt ⁊ alie potēcie radicari p̄sidet alīs potētijs vt sensui ⁊ appetitui. p̄ter differētiā ab actu est variabilitas fm̄ alterātiōem affectionū. in deo aut̄ neutz. ⁊c. nec regit inferiores potētias. nec habet variari fm̄ affectiones varias. ⁊ ideo q⁹ in nobis est p̄ distātiā a fine. in de ē q⁹ est indigens ⁊ ido in ea est fuga ⁊ appetitus. ⁊ cadit in ea tristicia ⁊ malicia. q⁹ p̄t a fine obliq̄ri. cū non sit illi ꝺiuncta. in deo aut̄ est oīno finis ꝺiuncta. ido nec fugā nec appetitū hz. nec tristiciā nec maliciā. sed oīmodā leticiā ⁊ iusticiā. Et sic pz̄ resp̄sio ad p̄ma triaq⁹ q̄z̄uis iste ꝺditōes. appetitus. fuga. malicia siue vertibilitas ꝺditōes. sint volūtatis create. tñ oīno a volūtate diuina semote sunt. Ad illud qđ obiciē q⁹ ē contingēs. ⁊ variabilis. dōz̄ q⁹ est ꝺtingētia in actu. vel in effectu. Si loq̄mur de ꝺtingētia in effectu. nō tñ est in effectu nostro. sed etiā in multis q̄ a deo sunt. Multa em̄ facit deus q̄ posset nō facere nullo repugnāte. Si aut̄ loq̄mur de ꝺtingētia in actu. q⁹ voluntas mō vult aliq̄d. mō desinit aliquid velle. ⁊ incipit velle. mō vult aliq̄d. mō vult oppositū. hoc cadit in volūtate hūana. q̄re inter volūtatē hūanā ⁊ actū est differētia. vnde nec semp est in vno actu. nec in actu vniformi. diuina aut̄ volūtas. p̄pter idemptitatē sui cū actu oīno variari nō p̄t nec hz in se aliquā contingētiā. ⁊ iō patēt oīa q̄sita.

Questio II b

Supposito q⁹ in deo sit ponere volūtatē. Querit vtrū ipam sit ponere oīniuolētē. vt ita dicat̄ a volūtate oīuolens sicut a potētia ⁊ sciētia oīniscies ⁊ oīpotēs. Et q⁹ sic videt. q⁹ deus nō dicit ops eo q⁹ possit oīa. sed q⁹ pt oīe qđ decet ei⁹ potētiā. nō em̄ pt mala. Similiter vult deus oīa qđ decet volūtatē eius velle. g̃ debet dici oīniuolēs sicut ops. Jtē sicut se habet cognitiua dei

ad vez. ita se hz affectiua siue volũtas ad bonũ. sed cognitiua siue intellectiua amplectit oẽ vez. vñ q̃ dicret deũ aliq̃d vez ignorare derogaret ei⁹ intelligẽtie. g̃ pari rõne cũ intelligẽtia nõ sit latior. nec est pfectior q̃z volũtas. volũtas erit rẽspectu oĩs boni. g̃ sic ꝺ oĩsciẽs sicut ꝺ ⁹ vez oĩs veri. q̃ scz oẽ vez hz veritatem ita est bonũ oĩs boni a q̃ oẽ bonũ hz bonitatẽ. sz deus in cognoscẽdo suã veritatẽ (q̃ est rõ oĩm) oĩa cognoscit. g̃ similit diligẽdo suã bonitatẽ oẽ bonũ diligit. sz oẽ q̃d diligit. vult. g̃ vult oẽ bonũ sicut z cognoscit oẽ vez. z sic ꝛc. ¶ Itẽ bona volũtas est q̃ se extẽdit ad multa bona. g̃ melior ad plura. z optima ad oĩa. g̃ infinita ad infinita. g̃ sicut potẽtia z sciẽtia ꝺ oĩpotẽs z oĩsciẽs. pari rõne debet dici oĩnipotens. ¶ Cõtra. in ps. Oĩa quecũq̃ voluit fecit. g̃ nihil vult nisi que facit. sz plura põt facere z nõ põt nisi volens. g̃ plura potest velle. sz si deus plura posset scire nõ esset oĩsciẽs. g̃ ꝛc. ¶ Itẽ si aliq̃d sciret hõ q̃d ñ q̃d ⁹ nõ esset oĩsciẽs ⁹. cũ g̃ aliq̃d velit homo uolens. ¶ Itẽ si posse malũ esset posse ⁹ nõ esset oĩnipotẽs. q̃ nõ potest mala. cũ g̃ velle malũ sit velle. et deus nõ velit mala ⁹ nõ est oĩnipotẽs. Probatio minoris. malũ nõ est malũ nisi q̃ voluntariũ. q̃ ẽm Augustinũ. peccm adeo est voluntariũ ꝛc. g̃ rõ voluntatis saluat in malo. similit z actus volũtatis in volẽdo malum. g̃ ꝛc. ¶ Itẽ velle malũ. aut est velle. aut est nolle. Si velle. habeo. Positũ. Si nolle. sed nolle malum est bonũ. g̃ velle malũ est bonũ. g̃ si deus vult oẽ bonum ⁹ vult oẽ malũ. q̃d est falsum. Restat g̃ q̃ velle malum est velle. z ⁹ nõ vult malũ. g̃ deus nõ est oĩnipotẽs. Sz illud argumentũ est sophisticũ. q̃ sil'r posset obĵci de potẽtia. Sz querit vñ est h̃ q̃ velle malum est velle sz posse malũ nõ est posse vel potẽtie sz impotẽtie Iurta h̃ querit de cõparatiõe potẽtie. sapie z volũtat ad sua obiecta ẽm ambitũ. ¶ R⁹. dõm. q̃ cũ q̃rit vtrũ ⁹ sit oĩnipotens. duplicẽ intellectũ põt facere ista. cutio. et eo q̃ h̃ q̃d est oẽ põt facere distributionẽ simpliciter vel vt nũc. Si distributionẽ simplr q̃tum ad actũ z habitũ facit. tũc ꝺ oĩnipotens. q̃ vult oẽ volibile. Si vt nũc. ꝺ omnipotens. q̃ vult omne volitũ. in vtroq̃ sensu falsitatẽ hz. z in vtroq̃ sensu veritatez hz. in potẽtia z in scia. Et ideo simplicit ꝺcedit q̃ deus sit omniscies z oĩpotẽs. z simplr negat q̃ sit oĩnipotens. Intellect⁹ h⁹ z rõ ptz. Si ẽm simplicit accipiat deus scit oẽ scibile. z pt oẽ possibile. sz nõ vult oẽ volibile. q̃ diuina volũtas ipoꝛtat cãm actualẽ. potẽtia ꝺo abstrahit a rõne actualitat z ponit rationẽ cause. scia ꝺo abstrahit a rõne vtriusq̃. q̃ ⁹ nõ est cã actualis oĩm que pt facere vel velle. sicut nõ facit oẽ volibile ita nõ vult. Quia potẽtia ꝺo abstrahit a rõne actualitatis. ideo nõ ꝺ solũ rẽspectu faciendoꝛ in actu. sz etiam rẽspectu possibiliũ fieri a deo. Quia ꝺo scia abstrahit a rõne vtriusq̃. hinc est q̃ scia nõ tm̃ est rẽspectu faciendoꝛ sz etiã rẽspectu possibiliũ. nõ tm̃ deo sz etiam alĵs. vt pote possibiliũ maloꝛ. Hec g̃ est rõ. q̃ act⁹ scientie vt scire est p modũ habit⁹. sil'r z posse p modũ habitus vt posse. volũtatis p modũ act⁹ vt velle. sc̃ia est oĩm scibiliũ. potẽtia oĩm possibiliũ q̃ sunt potentie vel posse. pt tm̃ plura velle. Sil'r si accipiamus rem vt nũc rẽspectu rei puise. z rẽspectu facte z volite. scia est rẽspectu oĩs rei in q̃ saluat rõ scie. z potẽtia in q̃ saluat rõ potẽtie. sz volũtas nõ est rẽspectu oĩs rei in qua rõ volũtatis saluat. Sciẽtia ẽm est rẽspectu oĩm futuroꝛum z p̃sentiũ z p̃teritoꝛ. bonoꝛ z maloꝛ. q̃ ibi saluat rõ sciẽtie z nobilitat. q̃ scire malũ scire est. z scire malum nobilitat est. Sil'r potẽtia est rẽspectu oĩm bonorum. in q̃bꝫ solũ saluat ratio potẽtie. Nam posse malum nõ est posse. Vñ posse malũ nõ tm̃ derogat pfectioni potẽtie. sz etiã ipi potẽtie. q̃ posse ẽficere nõ ẽ posse. z iõ adhuc ꝺ oĩpotẽs. Volũtas ꝺo est bonoꝛ tm̃ nõ rẽspectu maloꝛ. z q̃uis in volẽdo malũ nõ saluet dignitas volũtatis. saluat tm̃ rõ volẽdi. q̃ velle malũ velle est. z hinc est q̃ ⁹ nõ ꝺ oĩnipotens. quia nõ vult malũ. sz tm̃ oĩpotẽs ꝺ. q̃uis nõ possit malũ. Si querat q̃re rõ potẽtie nõ saluat rẽspectu mali sic z ratõ volũtatis. ꝺõm q̃ potẽtia idiõm q̃d dicit. dicit p modũ habit⁹ z positiõis. de potẽtia actiua loquendo. Vñ q̃ñ est rẽspectu p̃uatiõis. tã nõ est potẽtia sz defect⁹ potentie. sz volũtas idiõm q̃d dicit. dicit p modũ cuius dam indifferẽtie z cõplacẽtie. q̃ g̃ in malo saluat rõ cõsensus z cõplacẽtie. sicut z rẽspectu boni. iõ velle malũ velle est. sz posse malũ nõ est posse. ¶ Ad illud q̃ obĵ citur q̃ ⁹ vult oẽ q̃d decet. ꝺõm q̃ illa nõ est rõ q̃re dicat omniuolẽs. sz illa q̃ passignata est. scz q̃ põt omne q̃d posse potẽtie est. ¶ Ad illꝺ q̃d obĵcit q̃ cognitiua amplectit oẽ vez. z affectiua oẽ bonũ. dicendũ. q̃ aliter amplectit hec. alit illa. Cognitiua ei amplectitur actualit cognoscẽdo oẽ q̃d est vez z q̃d p̃t esse. sz affectiua q̃ act⁹ eius est in rõne act⁹. amplectit z vult solũ bonũ q̃d est vel erit. Rursus. vez amplectit totũ actũ cognitiue. q̃ nihil scit nisi vez. nã falsum scire nõ est scire. sz bonũ nõ amplectit oĩno actũ volũtatis. naz velle oppositũ boni est velle. z hinc est q̃ ⁹ sciẽdo omne vez. ꝺ omniscies. sz nõ sic volẽdo oẽ bonũ omniuolẽs. ¶ Ad illud q̃d obĵcit q̃ ⁹ cognoscẽdo se q̃ est veritas ipa. oẽ vez cognoscit. g̃ ꝛc. ꝺõm q̃ vez est. sz aliter. q̃ cognoscẽdo se est causa exẽplar. z cã exẽplar nõ tm̃ futuroꝛ sz etiã possibiliũ a deo fieri. sz diligendo se bonũ est causa actualis vt patebit. z iõ non sequit q̃ velit nisi bona q̃ erũt vel fient. z p̃ter h̃ nõ potest dici omniuolẽs. Alia tm̃ est h⁹ rõ sicut patet in ĺra ¶ Ad illud q̃d obĵcit de volũtate q̃ melior est q̃ se extendit ad plura. ꝺõm q̃ volũtas est act⁹ rõnalis. vñ nõ ꝺ volũtas melioꝛ. q̃ simplicit ad plura. sz q̃ ad plura rõnabiliter. z q̃ñ rõ recta dictat creaturas fieri in nũero definito. q̃ numer⁹ infinit⁹ rebꝫ nõ cõpetit. ideo optima volũtas z pfectissima in aliq̃ numero vult res bonas esse. sz tm̃ finito. z er h̃ nõ sequit q̃ volũtas sit infinitorum. vel oĩm possibiliũ. nec etiã oĩm. Potest tm̃ dici q̃ illud si alicubi habet veritatẽ. ibi tm̃ hz vbi voluntas aliq̃d recipit a volito. sz volũtas dei nihil recipit. et iõ nõ est melioꝛ volẽdo tria bona q̃ vnũ. z mille q̃ tria. z iõ nõ valet illa rõ in p̃posito ¶ Ex h̃ patet illud q̃d consueuit queri. vtr volũtas z potẽtia z sapia sint eq̃lia. ꝺõm ẽm q̃d est loq̃ de his q̃tũ ad actũ. z q̃tũ ad effectũ z q̃tũ ad obiectũ. Si q̃tũ ad actũ. sic ẽ ibi omnimoda eq̃litas z circũincessio. vt ptz. q̃ dcd scit ⁹ z potest vult scire z posse. z ecõuerso. Si q̃tũ ad effectũ. sic adhuc sunt eq̃lia. q̃ nihil efficit ⁹ nisi p potẽtiã. sapiam z volũtatẽ. Sz q̃tũ ad obiectũ siue ꝺnotatũ sunt ineq̃lia. scia ẽm h̃ mõ est in pl⁹. z potẽtia in min⁹. z volũtas in min⁹. nã scitũ est bonũ z malũ. possibile ẽ bonuz tm̃. sed futuꝝ z nõ futuꝝ. volitũ vero est bonũ z futuꝝ tantum.

¶ Quantũ ad scõm articulũ q̃rit de volũtate diuina. sz q̃tũ ad causalitatẽ. Et circa h̃ queruntur duo

Primo queritꝝ in generali. vtꝝ volũtas dei sit cã rerũ. Secũdo vtꝝ sit causa pma ⁊ immediata.

Questio I c

Qꝝ volũtas dei sit causa rez oñdit sic. Hyla. in lib. de synodis. Oĩb creaturis subam volũtas attulit. sed filio natura dedit. Itẽ Augꝰ. in li. cõtra manichęos. Respondendũ est eis q volũtatẽ dei nosse desiderãt. q voluntas dei oĩm q̃ sunt ipa sit cã. Itẽ rõne videt. qꝛ deus est causa rez. sz oĩs rei cuiꝰ est deꝰ causa est p sciam potentiã ⁊ volũtatẽ. aut g̃ est causa qꝛ potẽs. aut qꝛ sciens. aut qꝛ volẽs. Nõ qꝛ potẽs. qꝛ multa pt q̃ nõ facit. Silr nec qꝛ sciẽs. g̃ qꝛ volẽs. ideo facit. sz causa ẽ ad cuius esse sequit aliud. g̃ ⁊c. Itẽ deꝰ est cã rez creatarũ. aut g̃ p naturã. aut p volũtatẽ. aut p casum ⁊ fortunaz. Nõ p casum ⁊ fortunã. qꝛ tales sunt cause fm ipfectaz rationẽ. Nõ p naturã. qꝛ sic simile ex silꝝ pducit. restat g̃ q p voluntatẽ. g̃ ⁊c. Cõtra. si volũtas dei est causa aut rõne ꝓncipalis significati. aut rõe ꝺnotati. Si ratione ꝓncipalis significati. g̃ cũ idẽ sit sapia. potentia volũtas. ⁊ essentia. eadẽ rõne debẽt dici cause. Si rõne ꝺnotati. qro qd sit illud. nõ est dare nisi effectũ. sz effectus ꝺsequit rationẽ cause. nõ ecõuerso. nõ g̃ rõne connotati. Et itez. si ꝺnotat effectũ. g̃ nullo mõ potest dici deus vult se esse. cũ circa se nihil oĩno efficiat. qđ est falsum. Itẽ aut volũtas est cã p ꝓprietatẽ. aut p appropriationẽ. Si p ꝓprietatẽ. tũc g̃ sapia ⁊ potẽtia nõ sunt cause. Si p appropriationẽ. aut qꝛ in voluntate ꝓpius est rõ causalitatꝭ. aut qꝛ immediatius. Nõ qꝛ pius nã potẽtia ⁊ scia añ cedũt volũtatẽ fm rationẽ intelligẽdi. Nec qꝛ immediatiꝰ. qꝛ dicit Augꝰ. q deꝰ p volũtatem mouet. p sapiam disponit. ⁊ p potẽtiã exequit. g̃ immediatiorẽ cooperationẽ hñt ad opꝰ scia ⁊ potẽtia q̃z volũtas. g̃ ⁊c. Itẽ aut est cã ꝓpter virtutẽ agẽdi. aut ꝓpter modũ. Nõ ꝓpter virtutẽ agẽdi. qꝛ volũtas non dicit vtutẽ. sz potẽtia dicẽ. Si ꝓpter modũ agẽdi. Contra. modꝰ agendi p modũ nature nobilioꝛ est. g̃ natura magꝭ est causa. Probatio. illud agẽs est virtuosꝰ qđ ẽ sufficiẽtꝰ. ⁊ nobilioꝛẽ effectũ ꝓducit sz natura sufficiẽtioꝛ est in agẽdo. ⁊ paucioꝛibꝫ indiget. ⁊ nobiliorẽ effectum ꝓducit q̃z ars siue agẽs volũtariũ. g̃ ⁊c. Itẽ q nõ q̃tũ ad modũ videt. qꝛ agens qđ dat. producto ꝓprietates naturales ꝺsimiles agit p modũ nature. sed deꝰ effectibꝫ suis dat vnitatẽ. veritatẽ. ⁊ bonitatẽ. nec põt facere sine bis. ⁊ iste sunt ꝓprietates naturales diuine subẽ. g̃ deꝰ agit p modũ nature nõ volũtatis. Itẽ omne agẽs volũtarie. est ages pconcipiẽdo. sz deꝰ nõ agit pconcipiẽdo. sicꝫ dicit Diony. de di. no. qꝛ sicut sol non pconcipiẽdo illumĩat. sic deꝰ nõ pconcipiendo creat. g̃ ⁊c. Rñ. ad pdictoꝛ intelligẽtiã est notandũ. q q̃uis diuina essentia sit vnũ qđ simplicissimũ. tñ est pelagꝰ subẽ infinitũ. ⁊ tõ oĩa que in nob reperiunt p diuersitatẽ oĩnꝫ inq̃ in deo nobiliꝰ p omnimodã reperiunt idẽptitatẽ. nihilominꝰ tñ fm omnimodã pfectionẽ ⁊ vitatez vñ sicut in nob sapia ⁊ potẽtia ⁊ volũtas ꝺe est ens et causa rez q̃ a nob sunt. sic ⁊ in deo sunt. sz tñ vnũ sunt. qꝛ intellectꝰ nr̃ nõ potest infinitatẽ illiꝰ subẽ cõprehendere. nec p vnũ verbũ exꝓmere. tõ multis modis intelligimus deũ. ⁊ diuersis noĩbꝫ exꝓmimꝰ. ⁊ fm q p illos modos intelligim9 plura enũciabilia. ita q deo aliq̃d attribuim9 fm vnũ modũ qđ nõ fm aliũ. ⁊ hẽ quidẽ. qꝛ oĩa in deo habẽt verã existentiã. ⁊ tõ cum alio mõ intelligamus deũ cũ dicim9 deũ bonũ. alio cũ dicim9 deũ eternũ ꝺcedim9 se diffundere. qꝛ bonꝰ est nõ qꝛ eternꝰ. hec eñ est ꝓprietas bonitatꝭ. nõ durationis. hinc est q cũ intelligim9 vere volũtatẽ esse in deo. ⁊ ꝓprietas volũtatꝭ sit

23

ꝓducere ea que ereũt p modũ libertatis. q dicim9 deũ inq̃ntũ volũtas est esse cãm rez. Rõ aũt quare volũtati attribuit causalitas hec est. qꝛ rõ causandi est bonitas. ⁊ in rõne effectiui. ⁊ in rõne finis. nã bonũ dicitur diffusiuũ. ⁊ bonũ est ꝓpter qđ oĩa. effectiuũ aut nõ fit efficiens in effectu nisi ꝓpter finẽ. illud g̃ qđ dicit ꝺiunctionẽ ꝓncipiũ effectiui cũ fine. est rõ creandi in effectu. sz volũtas est actꝰ fm quẽ bonũ reflectit supra bonũ sue bonitatẽ. g̃ volũtas vnit effectiuũ cũ fine. ⁊ hinc est q volũtas est rõ causare facies in effectu. ⁊ tõ attribuimus deo rationẽ causalitatis sub rõne volũtatis. non sic sub alijs rationib9. Et hꝰ colligit ex ꝛbis Dionysij i iij. de diui. no. vbi dicit q bonitatẽ vt ꝓncipiũ. ⁊ vt cõtinentiã. ⁊ vt finẽ. oĩa appetũt. Ut ꝓncipiũ a quo sunt. vt ꝺtinentiã p quã saluant. vt finẽ in quẽ tendũt. Cũ diuinus amoꝛ est qđã actꝰ eternꝰ. ex ꝓmo. p ꝓtimũ ⁊ in optimũ. ex q̃ colligit q dicit ꝺiunctionem ꝓncipij cũ fine. ⁊ tõ causam actu qñ vult facere. ita q actualitas in causando referat ad volũtatẽ nõ p instanti in q̃ habet volũtatẽ. sz in q̃ facere vult. sicꝫ ego volo cras audire missam. ⁊ volũtas faciet me cras esse in actu respectu voliti. sic suo mõ est in deo. Ad illud qđ queritꝝ. 24 vtꝝ ꝺueniat volũtati rõ causalitatꝭ ꝓpter cõnotatum vel ꝓpter rẽ significatã. Dico q nec ꝓpter rẽ significatã nec ꝓpter cõnotatũ. sz propter rẽ sic significatã. q significat diuina essentia vt volũtas. cui mõ significãdi respõdet veritas. Vñ sicut qñ nos dicim9 q lapis assimilat deo inq̃ntũ ens. aĩal inq̃ntũ viuẽs. ⁊ hõ inq̃ntũ intelligẽs. reuera essentia. intelligẽtia ⁊ vita idẽ sunt in deo. cũ idẽ ipm alio mõ dat intelligi. nõ ꝓpter cõnotationẽ. sz ꝓpter eiusdẽ subẽ infinitatẽ in q̃ omnes nobiles ꝓprietates sunt vnũ. nõ tñ ꝓnt significari nisi p diuersa. 25 Ad illud qđ obꝺicit vtꝝ sit causa p ꝓprietatẽ. aut p appropriationẽ. dico q simplr loquẽdo. ꝓpriissime est causa. Cõparando ꝛo voluntatẽ ad sciam ⁊ potẽtiam ꝺz causa p appropriationẽ. ⁊ hꝰ q ipa voluntas significat deũ vt cãm actualẽ. Vñ in voluntate ꝓmo inuenit rõ actualitatis. Potẽtia eñ ⁊ scia ⁊ si haberẽt rationẽ cause habitualis. nõ tñ actualis nisi p voluntatẽ. Vñ volũtas facit de scia dispositionẽ. siue facit scientẽ esse disponentẽ. ⁊ potentiã exequentẽ. tõ eñ disposuit qđ vult. ⁊ sic patet illud. Ad illud qđ q̃rit q̃re volũtas 26 ꝺz causa. vtꝝ propt̃ virtutẽ agẽdi. an ꝓpter modũ agẽdi. dico q ꝓpter vtrũq. Deo eñ velle est posse. ꝓncipalius tñ ratiõe modi agẽdi. pductio eñ diuersi i formam ⁊ naturam ex sola liberalitate agẽtis spectat ad agentẽ p voluntatẽ. Qđ obꝺicit q modꝰ agẽtis naturalis est 27 nobiliꝰ. vtꝝ est vbi volũtas nõ est oĩnꝫ potẽs. sz si ars posset facere oĩa qđ vellet. non miꝰ nobiliꝰ ageret q̃z natura. Põt tñ dici q modꝰ pducẽdi naturalẽ cõperit pssone respectu pssone. non aũt essentie diuine respectu creaturaꝝ. qꝛ nõ pñt ꝺuenire in forma. Ad illud qđ 28 obꝺicit q deꝰ pducit simile fm ꝓprietates. dõm q natura pducit simile in ꝓprietatibꝫ specialib9 si est agens ꝓticulare. vel si est agẽs vniuersale. pducit necessario nõ ex sua liberalitate. deꝰ aũt neutro mõ. Ad illꝰ qđ 29 obꝺicit. q deꝰ nõ est agẽs pcõcipiẽs. dõm q ꝺ vtꝝ est de pconceptiõe q̃ pcedit voluntatẽ. sz nõ est vtꝝ de pcõceptione respectu optis. Primo mõ loquit Diony. ipse ꝛo exponit secundo modo.

Questio II d

Vtꝝ volũtas diuia sit cã pma ⁊ imediata. Et q sic. vidẽt p Augꝰ. in iij. de tri. Volũtas dei ẽ pma ⁊ suma causa oĩum spez ⁊ motionũ. Itẽ ois cã cuiꝰ actꝰ ẽ magis ⁊ propriꝰ ẽ rei pductio. est cã pma ⁊ imediata. sz volũtas

dōm q eternū nō dicit ibi vite interminabilitatē. sz vi/ te quādā diuturnitatem. sicuti sepe ꝺsuevit loqui scri/ ptura. qzuis aūt lignū vite illud corpus nō posset ꝓpe/ tuare. poterat tñ adeo naturā ip̄us adiuuare ⁊ vigora/ re vt diutius viueret. Et hoc pz resp̄sio ad sequentia scz ad verbū Richar. ⁊ ad illud qō obīcitur de Enoch ⁊ Helya. Utrūqz em̄ nō ꝺcludit vite interminabilita/ tem. sed solū quandā diurnitatē. quā ⁊ si lignū vite pos set homini lapso ꝺferre p sibi diuinitus collatā virtu/ tem. nō tamē poterat ineternū ꝺseruare. qz diuinū de/ cretum infirmare nō poterat. ⁊ corpus hoīs peccantis ad hoc post pctm̄ habile nō erat. ⁊ illud lignū in solo eo q dispositionē habebat. ad ei⁹ effectū efficaciā habebat Ad illud qō obīcit p simile de ligno scientie boni ⁊ ma 30
li. dōm q illud simile dēficit dupliciter. Primo qz illō lignum scientie boni ⁊ mali nō fecit corpora illa esse d is solubilia. sed solum hoīs culpa et diuina sentētia. Se/ cundo vero qz corpus Ade anteqz peccaret non habe/ bat necessitatem ad p̄manendū. nec necessitatem ad cor rūpendum. sed postqz homo peccauit corp⁹ eius subie ctum fuit necessitati moriendi. ⁊ ideo p esum ligni vite nō poterat ꝺseruari. Ad illud qō obīcit de cōuictione e

31 spiritus ad fontē vite spiritualis ⁊c. dōm q illud sil'e deficit dupliciter. Primū quidē q voluntas facilius vertitur et reuertitur ꝯ natura. Scōo vero q fons vite spūalis multo potentio: est sup aiāꝯ illud lignū esset sup corpus. ⁊ ideo non sequtur q si diuinus spiritus recreat ⁊ viuificat aiām. q lignū vite reformet et consolidet corpus in statum pristinum. Ad illud qđ obijcit q lignū vite restauraret humidū radicale. dōm

32 q ⁊ si p sui esum sufficienter restauraret humidū in corpore hominis fm statum nature institute. nunqꝯ tamē in statu nature lapse sic restauraret quin semp aliq̄ deperditio fieret. ⁊ ita ꝯtus diutius ꝓseruaret. nihilominus tamē aliqñ illud radicale humidū ⁊ficeret. et corpus ad dissolutionem peruenīret.

Quesequēter querit de īmortalitate primi hominis ꝯtum ad ꝓiunctum. Et circa hoc querūtur duo. Primo qritur vtrū illa īmortalitas inesset homini a natura vel a gratia. Scōo qrit vtrū illa īmortalitas esset eadē p essentiam cum īmortalitate gloriosa.

Questio I

Utrum illa īmmortalitas esset a natura vel a gratia. Et q a natura videtur. Illud est nobis naturale qđ nobis innascitur ⁊ cū quo nati sumus. sed hō cum illa īmortalitate ꝓductus est. ⁊ illa īmortalitas indita ē homini a sua ꝓditione. ergo fuit ei naturalis vel a natura. Item mors non poterat inesse homini nisi precedente culpa. sicut probatum est supra. sed culpa nō poterat homini inesse. nisi ⁊ordinarek natura. si g̃ mors inerat homni cōtra naturam. īmortalitas inerat ei p naturam. Item per hoc homo erat īmortalis p qđ erat innocens. sed innocens erat ex ꝓditiōe nature. esto em̄ q nullam haberet gratiam. nihilominus tamē haberet innocentiam. ergo immortalis erat ex ꝓditione natu/re. nō ex beneficio nature. Item immortalitas anime ꝓsistit in cōtinua ꝓiunctione anime ⁊ corporis. continua aūt contūctio anime et corporis est per ꝓtinuū appetitum vnius ad alterū. sed aia habet cōtinuum appetitum ad corpus. ⁊ ecōuerso p naturā absq̄ gratia. ergo īmortalitas inerat homini per naturā. Item idez est principium p quod dat res esse per quod in esse cōtinuatur. sed anima rationalis q̄ est forma per naturā īmortalis ⁊ incorruptibilis corpori dabat naturaliter sui esse cōplementum. ergo ⁊ ipsius corporis siue hominis esse naturaliter ꝓtinuabat. sed a quo inest ei continuatio. ab eodē est īmortalitatis perpetuatio. ergo ⁊c. Item naturale est homini comedere ea que sibi apponūtur. sed homo per esum ligni vite ⁊ alioꝝ lignorū paradisi vitā suam poterat perpetuare sicut dicit Aug. et mgr. ergo videt q omnis perpetuatio inerat homini per naturā. Sed ꝓtra Aug. sup Geñ. et magister dicit in littera. Creatus est homo īmortalis quod inerat ei de ligno vite. nō ex cōditiōe nature. mortalis erat cōditione corporis animalis. īmmortalis beneficio cōditoris. Et iterū ipe Aug. expressius dicit. q sicut prescitum fuit filijs israel q in. xl. annis vestimenta eorū nō veterascerent. ita prescitū fuit Adeyt nō moreretur Item sup illud Lu. x. Expoliauerūt eum ⁊ plagis impositis ⁊c. Glo. exponit de ꝑmo homine quem dicit expoliatum fuisse gratuitis. ⁊ vulneratum in naturalibꝫ si ergo īmortalitas non fuit vulnerata sed simplicit̄ ablata ipsi homini per culpā. ergo non inerat ei a natura sed a gratia. Item hoc ⁊r ratione. ꝓprietates naturales nō derelinquunt subiectum ꝓpter culpam. ergo si īmortalitas inerat homini a natura. non ⁊r q debuerit eum relinquere ꝓpter culpā. q si eā amisit. ptz ⁊c. Item impossibile est duo oppositā inesse eidē fm eadem principia naturaliter causantia que nō inclinant ad oppsita. sed homo p naturā suā poterat mori. aut g̃ īmortalis non erat. aut si erat. nō erat per naturā sed p gratiā solū. Item corpus Ade p naturam ꝓpriam erat nobiliter cōplexionatum. ergo molles ⁊ teneras carnes habebat. sed naturaliter molle cedit duro. igit̄ per naturam corpus Ade vulnerari poterat ⁊ secari. g̃ per naturā Adam nō erat īmortalis. Item ignis naturaliter cōsumit corpus ex elemētis quatuoꝝ cōstitutum. ⁊ corpus animale p naturam indiget aspiratione ⁊ respiratione. g̃ si homo caderet in aquā vel in ignem. ⁊ nō moreretur. hoc nō esset per virtutē nature. sed potius contra vel supra. non ergo esset a natura sed potius ex gratia. Rō. dōm q sicut dicit magister in littera circa hꝫ multipler ⁊ varia fuit opinio. Quidā em̄ dicere volue/runt q immortalitas primi hominis esset a natura. q/dam q esset a gratia. vtraq̄ aūt harum opinionū habuit aliquā efficacem rōnem mouentem. ⁊ vtraq̄ hꝫ aliquid veritatis. licet vna plus habeat ꝯ altera. Sicut em̄ cum ōr homo est beatificabilis duo tanguntur. ⁊ aptitudo ⁊ dispositio. ita etiā cum dicit homo est immortalis. Unde sicut homo quodāmodo potest dici beatificabilis per naturā. quodāmodo per gratiā. sic ⁊ in p/posito. Prout em̄ hoc quod est beatificabile importat aptitudinem sic ineſt homini per naturā. homo enim a natura sua habet aptitudinem ad beatitudinem. fm autem q importat dispositionem sufficientē ⁊ propinquam per quā quis venit ad beatitudinē siue sufficientem ordinem ad actum. sic ineſt homini nō per naturā sed per gratiā. per quam sufficiēter dispōnitur ad gloriam. nec sine illa potest sufficere natura. Sic ⁊ in proposito īmortalis ꝯtum ad statum innocentie dici poterat homo per naturā. īmortalis etiam per gratiā. q/a natura habebat aptitudinez. sed a gratia habebat cōpletionem. Et hoc ptz sic. Tripliciter em̄ potest mors homini contingere. aut per elementoꝝ pugnam ⁊ dissolutionem. aut per humidi consūptionem. aut per extrinsecam lesionē. Immortalitas ergo dicit primationem huius triplicis modi moriendi ꝯtum ad actum ⁊ potentiam in beatis. qui dicūtur immortales. q/ non possunt mori ꝯtum ad actum vero solum in hominibꝫ instructis. qui dicuntur immortales quia poterāt non mori hoc triplici genere moriendi. habebant em̄ aptitudinem euadendi hoc tripler genus mortis per id qđ habebant a natura. Nā corpus valde bene erat cōplexionatum. ⁊ anima de se incorruptibilis erat que illō corpus regebat ⁊ conseruabat. et ita ydoneus erat primus homo ex his ꝓstitutus q nunqꝯ ⁊ficeret per elementorum pugnam. sed tamē illud nō sufficiebat. h em̄ non posset anima peccatrix facere si ponerētur in consimili corpore. Et ideo datum fuit illi anime donū gratie per quam posset corpori presidere. et illud agere. et clemēta quasi in quadam amicicia custodire. et hoc ꝯ/ diu vellet suo actori subiacere. Hoc autem donū gratie vocat. Anſel. iusticiam originalē. ⁊ sic patet q ꝯtū ad īmmortalitatē contra primum genus moriēdi aptitudinē habebat a natura. sed cōplementū a gratia. Similiter ꝯtum ad scōm genus moriēdi quod est per humidi cōsūptionem. vis enim nutritiva potens erat ad conuertendum alimentum sibi sufficiens. ⁊ elementa efficacem habebant virtutem ad nutriendum. et ex hoc homo ydoneus erat vt conseruaretur in eo sine corru-

ptione naturale humidum. sed quia humidum radicale paulatim ꝺsumitur. nec pōt reparari p quodcūq; alimentū. ideo data est virtus specialis cuidā ligno qō dicitur lignū vite. p cuius sūptionē reparet humidū radicale. t hoc quidē nō fuit ex ꝺditione nature. sed ex beneficio ꝺditoris. sicut dicit Aug. Similiter etiā q̄tuz
37 ad tertiū genus qō quidē fit p extrinsecā lesionē. Adā eēm fortis t potēs erat ad repellendū nociua. sapiēs et diligēs ad pcauenda. nec habebat nociua extrinseca. t ideo ydoneitatē habebat vt p nullius lesionē incurreret mortē. verūtn q̄ bestie t si qua aīalia sūt que nocere possēt. ipm minime lederēt. nec in sōno. nec in vigilia. hoc nō erat a natura. sz a dei speciali puidētia. q̄ ita eū custodiebat vt sub pedibus eius oīa subiacerēt. vt nihil cuperet ipm offēdere. t si cuperet nō valeret. Et sic pz q̄ īmortalitas q̄ fuit in statu innocētie q̄tum ad aptitudinē fuit a natura. q̄tum ad cōplementū fuit a grā. t pl5 q̄ magna pte. pz rnsio ad obiecta. Rōnes eēm q̄ probāt
38 ꝺcludūt. Ad id vero q̄ obīcit q̄ fuit a natura. q̄ fuit ei innata. ꝺdm q̄ nō oēm qō ineſt homini a pncipio sue natiuitatis naturale est. nisi extēdat hoc nomē naturale. multa eēm bona gratis data ꝺcreanf t danf cuz
39 obīcit q̄ mors nō poterat interuenire nisi puia culpa ꝺdm q̄ nō erat solū ꝓpter naturā. sed ꝓpter beneficiū gratie qō erat nature supadditū. q̄ eēm originalis iusticia faciebat naturā īmortalē esse. t hāc nō poterat perdere nisi p culpā. iō mors nō poterat interuenire nisi p
40 culpā. Ad illud qō obīcit q̄ innocētia erat a natura. q̄ similiter t īmortalitas. ꝺdm q̄ innocētia dupliciter pt dici. Uno modo puative. q̄ priuat culpā. Alio mō positiue. q̄ ponit iusticiā ꝺtrariā. Innocētia aūt nō erat causa immortalitatis fm q̄ dicit purā priuationē. sed fm q̄ importat originalē iusticiā merito cuius erat īaīa
41 vis totius corporis cōtentiua. Ad illud qō obīcit ꝺdz q̄ ad cōiunctionem vite nō sufficit appetitus. sicut q̄ continuatio vite est ex coniunctione anime t corpis sed necessaria est vlterius virtus ad satisfaciendum appetitui. omnis eēm natura appetit esse t durare. non solum hoīm. sed etiā brutorum. nō tn in oībus est immortalitas. t ideo non sequitur q̄ si a natura sit continuatio ad beatificationem nō sufficit appetere beatitudinem. ꝺz q̄ ad cōiunctionem vite nō sufficit appetitus. sicut
42 tio esse. t conseruatio. ꝺdm eēm q̄ si illud sit verū de conseruatione q̄ est ad tēpus. nō tn est verū de ꝓpetuatiōe
43 Ad illud qō obīcit p esum ligni vite t aliorum lignoz multa eēm sūt q̄ pūt esse dare t tn nō pūt perpetuare. poterat ineſſe conseruari. ꝺdm q̄ ista non erat tota cā. nociua. t interior virtus conseruās et concilians con
44 traria. Preterea q̄ lignum vite talem effectum haberet speciale donum erat dei. sicut etiam q̄ tanto tempore vestimenta t calciamenta populi israel potuerunt sibi prebere obsequia. Et sic patet illud.

Questio II f

Utrum eadem esset immortalitas innocentie per essentiam cum immortalitate glorie si homo steterisset. Et q̄ sic videtur. Aug. de vera religio. Per christum recuperamus quod perdidimus in Adam. Sed illa īmortalitas quam recuperamus per christum est immortalitas gloriosa. ergo tc. Item potentia materie dispositā. est eadem per essentiam cum seipsa indispositā. sed īmmortalitas innocētie t immortalitas glorie sic se habent sicut potentia indifferens t potentia dispositā. dispositione que est necessitas. cum igit in statu innocentie poterat mori t non mori. in statu glorie necesse habeat non mori. ergo tc. Item li. ar. confirmatum est non confirmatum est idem per essentiam. similiter et charitas. ergo pari ratione et immortalitas. sed sicut se habet hec immortalitas sic t illa. ergo tc. Itē immortalitas in statu innocentie non est alia a mortalitate in statu miserie. quia non est post peccatum data nouā potētia. nec ablata. ergo pari ratione in statu innocentie et in statu glorie non est alia t alia immortalitas Item si homo stetisset transferretur ad immortalitatem ita q̄ nullius proprietatis nobilis in eo fieret deperditio. ergo cum immortalitatis in homine diceret conditionem nobilē. si transferretur. illa immortalitas nō amitteretur. sed non sunt in eodem homine due īmortalitates simul et semel. ergo immortalitas innocentie et immortalitas glorie non differrent. Sed contra. quod habet aliud et aliud principium proximum differens per essentiam. est differens per essentiam. sed immortalitas in statu innocentie t in statu glorie habent aliud et aliud principium differens per essentiam. q̄ illa est a gloria. ista est a gratia gratis data. ergo differunt per essentiam. Item non est transitus ab codez in idem. sed transitus est ab immortalitate innocentie ad immortalitatem glorie. ergo illa immortalitas t ista non sunt eadem. Item quorum opposita sunt diuersa. ipsa sunt diuersa. sed immortalitas status innocentie non opponitur mortalitati cum simul inessent eidē Adam eēm t mortalis erat et immortalis. sed immortalitas glorie opponitur illi. ergo non est eadem cum illa immortalitate. Item licet vita Ade esset vna t continua si stetisset in via t patria. status tamen viet conditio esset alia t alia. quia conditio animalitatis t spiritualitatis nō habent idētitatem sed potius oppositionem et diuersitatem. ergo cum immortalitas nō dicat solum vitam sed potius conditionem vite fm statum animalē t spiritualē. videtur q̄ immortalitas sit alia t alia. Item hoc ipsū videtur per illud quod dicit in littera. Alia est īmortalitas quam amisimus. alia quam in resurrectione speramus. Et hac auctoritate expsse colligitur q̄ alia sit īmortalitas viet alia patrie. Rō. ad predictoz intelligentiā est notādū q̄ cū idē sit signatū 45
in principali t derivatiuo siue in abstracto t concreto. idē est signatum cuius q̄ est mortale. t eius quod est īmortalitas. Immortale aūt dicit q̄ est aptū natū siue potens nō mori. īmortalitas igit idē est q̄ potentia siue aptitudo ad nō morīēdū. t hec potētia ad non moriendū nō est aliud q̄ potentia anime in regendo t ꝺtinuando corpus vt nunq̄ deficiat nec ab ea separet. hec aūt potētia cōsequit ipm lib. ar. et ei ꝓformat. Unde sicut in statu innocētie hō poterat peccare t nō peccare. sic aīa poterat corpus ꝺtinere t nō ꝺtinere. t hō poterat mori t nō mori. Quia vero in statu glorie impossibile est. li. ar. peccare. impossibile est etiā aīam corpus deserere. Et q̄ in statu miserie necesse habet peccare. t aliq̄n in peccato esse. saltē in sua origine. ideo impossibile est aīam corpori vnitā ꝺtinuare quēadmodū ipius li. ar. potētia in statu innocētie t glorie est cadē per essentiā. differēs solū fm statum t dispositionē supadditam sic illa potētia cōtinuandi t regēdi corpus q̄ ꝺt īmortalitas. per essētiam est cadē differēs sola supaddita dispositione. Et ideo, cū q̄rit vtrū īmortalitas innocētie

et glorie. siue vie ⁊ patrie sit eadē. respōderi pōt q' eadē est q̄tum ad potētiam. sed alia q̄tū ad dispositionem supadditam. Vel vt ꝓprius dicam⁹. vna ⁊ eadē est. sz altera siue alterata. sicut coiscus albus ⁊ niger idez est sed alteratus. Et tō ꝯcedende sūt rōnes oñdētes q' hec
46 imortalitas ⁊ illa p essentiā essent vna. Ad rōnes vero ad oppositū facile est respondere. ¶ Ad illud qđ ꝓmo obiicit q' ꝓncipiū primū huius imortalitatis ⁊ illius est aliud ⁊ aliud plana est rñsio. q' ꝓncipium ꝑcipuū scilz potētia ꝺtentiua est vna ⁊ eadem. licet sit aliter ⁊ aliter
47 disposita. hinc gratia. indevero gloria ¶ Ad illud qđ obiicit q' nō est trāsitus ab eodē in idē. dām q' transit⁹ ab hac imortalitate ad illā est p diuersificationē statuū q' est trāsitus a statu in statū. ⁊ tō sicut qđ mouet a statu imꝑfectionis ad statū ꝑfectionis nō ꝺr aliud ⁊ aliud
48 sed status ꝺr alius ⁊ alius. sic in ꝓposito intelligendum Ad illud qđ obiicit q' bñt diuersa opposita. dōz q' illa diuersitas oppositionis venit ex rōne supaddite dispositionis. sicut intelligit in li. ar. q' est libertas a coactione. a culpa. ⁊ a miseria. Libertas eī a culpa supaddit aliquā dispositionē. s. gratiā. libertas aūt a miseria superaddit aliā dispositionē. s. vel innocentiā vel gloriā rōne quarū dispositionū hz opponi diuersis. Sic ⁊ imortalitas glorie supaddit vltra imortalitatē innocentie. sicut dispositio q' est necessitas supādispositionem q' est ꝺ gruitas. Ad id qđ obiicit q' imortalitas dicē/ditione vite siue statū. dđ. q' vez est. sz nō ꝓncipaliē imꝑmo ꝓncipaliꝰ dicit potētiā corpis ꝺtētiuā sic ꝑdicti est et tō rō illa nō cogit. Ad vltimū. s. autoritatē mgri iam ꝓz rñsio. qđ em ꝺr q' sit alia ⁊ alia. aut itelligit hoc ē/ctum q' est altera ⁊ altera. aut itelligit esse aliaz alia. nō q̄tū ad ipam potētiā q̄ ꝓncipaliē iportat ipa imortalitas. sed q̄tū ad dispositionē supadditam. Et sic patet responsio ad quesita.

49

50

¶ Distinctio xx. de hominis duratione ⁊ cōseruatione q̄tum ad filiorum ꝓcreationem. ¶

POst hec videndum qualiter ꝓmi parentes ⁊c. Supra egit mgr de duratione imortalitatis. In hac parte agit de ꝓcreatione posteritatis vel aliter ⁊ in idē redit. Supra egit de ꝺseruatione indiuidui. hic agit de cōseruatione spēi. q' quidez est p filioz ꝓcreationē. Diuidit aūt hec pars in tres ꝑtes. In ꝓma determinat qualiter ꝓmi parentes filios ꝓcreassent. In scōa determinat quales filij nascerent. ibi. Si vero q̄ritur quales si nō peccasset ⁊c. In tercia breuiter epilogat q' ꝓmo determiata sūt. ibi. Talis erat hominis institutio ante pcm̄. Prima pars habet duas. In prima determinat de modo generationis. In scōa de tempore trāslationis. ibi. De termino vero temporis quo trāsferrent ⁊c. Similiter scōa pars principalis habet duas. In prima determinat quales nascerentur filij q̄tum ad corpus. In scōa quales nascerentur q̄tum ad animā. ibi. et cū de corpore hūano non fit absurdum ⁊c. Aliarū partiū sub diuisiones ⁊ contine/tia manifesta sunt in littera.

¶ Determinat de modo procreationis filiorum si non peccassent primi parentes ⁊ quales nascerentur filij.

Opīo quedā

POst hec videndū est qualiter primi parentes si nō peccassēt filios procreassēt et quales ipsi filij nascerētur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso miscerī non potuisse nisi post peccatum dicentes cōcubitum sine corruptione vel macula nō posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio nec macula in homine esse poterat. qm̄ ex peccato hec cōsecuta sunt. Ad qđ dicendū est q' si nō peccassent primi hoīes. sine omni peccatoꝝ macula in paradiso carnali copula cōueniss̄et. et esset ibi thorus imaculatus. ⁊ cōmixtio sine concupiscentia. atq; genitalibus mēbris sicut ceteris imperarent. vt ibi nullū motum illicitū sentirent. ⁊ sicut alia membra corporis alijs admonemus. vt manum ori sine ardore libidinis. ita genitalib⁹ vterent mēbris sine aliq̄ pruritu carnis. ¶ hec em̄ letalis egritudo mēbris humanis ex peccato inhesit. Genuissent itaq; filios in paradiso per coitum immaculatum ⁊ sine corruptione. ¶ Cur non credamus primos hoīes ante peccatū genitalibus mēbris ad procreationem imperasse potuisse. sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruriti vruntur. Incredibile em̄ non est deū talia fecisse illa corpora. vt si nō peccassēt illis mēbris sicut pedibus imperarent. nec cū ardore seminarent. vel cum dolore parerent. sed post peccatū motum illū meruerunt q̄ nupte ordināt. cōtinentia cohibet.

Respōsio contra illozum opiniōē

Aug. sup Gen. li. ix

a ¶ Infirmitas enim prona in ruinam turpitudinis. excipitur honestate nuptiali. ⁊ qđ sanis est officium. egrotis est remedium. Emissi quidē de paradiso conuenerunt ⁊ genuerūt sed potuerunt in paradiso eis esse nuptie honorabiles et thorus immaculatus. sine ardore libidinis. sine laboze pariendi.

b ¶ Quare in paradiso non coierunt duobus modis soluit.

c Cur ergo non coierunt in paradiso. Quia creata muliere mox trāsgressio facta est. ⁊ electi sunt de paradiso. Vel quia nondum deus iusserat vt coirent. et poterat diuina expectari autoritas vbi concupiscētia nō angebat. Deus vero nō iusserat. quia casum eozum prescīebat. de quibus homo propagandus erat. Ecce expresse

a ¶ Infirmitas enim prona in ruinam turpitudinis. excipitur honestate nuptiali. Contra. et hoc videtur q' non possit actus ille sine peccato ⁊ turpitudine exerceri. Sed contra hoc est. quia omnis actus qui ē in precepto potest fieri sine peccato. ergo et coitus. ¶ R⁹. dicēdum q' hic non dicitur de turpitudine q̄ sonat in culpam. sed quia magis sonat in penam. vel si de illa intelligitur. tunc nuptie ita excipiunt ꝓmi

tatem carnis ꝙ actus ille absq; oī peccato potest fieri. vnde quod dicit magister ꝙ nuptie ordināt actum illū nō est intelligendū rōne ordinatiōis que fit in actu illo sed qui inesset nisi esset matrimonium de hoc aūt diffusius agetur in quarto in tractatu de matrimonio.

2 b Potuerunt in paradiso eis eē nuptie honorabiles. Cōtra. videt ꝙ similiter sint honorabiles in statu ecclesie cū sit sacramētum magnuz. sicut dicit aplus Ephe. v. cum etiā approbentur a iure naturali. Si tu dicas ꝙ honorabilitas nuptiaruz attendit q̄tū ad actum illuz. tūc querit q̄re magis actus ille honestus ⁊ castus fit cuz pudore quā alius actus in q̄ ē culpe de ordinatio. magis enim verecundat q̄s de actu illo honeste et caste facto. q̄ de alio actu īordinato. vt pote cognoscere vxorem q̄ percutere seruū. R° dōm ꝙ est loqui de nuptijs q̄tū ad signatum. et q̄tum ad fructū ⁊ q̄tum ad actū et q̄tum ad hec tria honorabiles erant in paradiso. ī statu vo miserie q̄uis sint honorabiles q̄tum ad signatum ⁊ fructum. habent tamē pudorem annexum q̄tum ad actum. quia omnis homo vtens rōne actum illum erubescit exercere coram alijs. etiā cū propria vxore. Rationem autem huius assignat Aug. in 3 xiiij. de ciui. dei. quia cum ratio deberet dominari corpori. magis erubescit ꝙ ipsa subijciatur alicui parti corporis. ⁊ ꝙ aliqua pars corporis dominetur ei q̄ ꝙ ipa inordinate dominetur ei. ⁊ ideo magis verecundatur de ardore libidinis que est in actu illo q̄ de perturbatione furoris que est in conuiciando seruo.

Aug°.

habes de modo ꝓpagationis filiorum.

Determinat de tpe translationis. vtrum natis filijs ꝑ successiones an simul omnes trāsferēdi essent. c

De termino vero tēporis quo trāsferrent ad spiritualē celestemq; vitam certū aliq̄d scriptura non tradit. Et ideo ambiguum est vtrū parentes genitis filijs. ꝑfectaq; hūani officij iusticia. ad meliorem statuz transferrētur nō ꝑ mortē sed ꝑ aliquā mutationē. an patres ī aliquo statu vite remanerēt. ligno vite vtētes. donec filij ad eūdē statum ꝑuenirēt. ⁊ sic impleto numero oēs simul ad meliora transferrent vt essēt sicut sācti angeli in celis. de q̄ Aug. ambigue disserit sup Geñ. ita inquiens. Potuerūt primi homines in paradiso filios gignere. non vt moriētibus patribus succederent filij. sed in aliquo forme statu manētibus. ⁊ de ligno vite vigorē sumētibus ⁊ filij ad eundē perducerētur statū. d donec impleto numero sine morte aīalia corpora in aliā qualitatē trāsirent. in qua omnino regēti spūi deseruirēt. ⁊ solo spiritu viuificāte sine corporeis alimētis viuerēt. Vel potuerūt parētes filijs cedere. vt ꝑ successionē numerus impleretur. Qui genitis filijs. perfectaq; humani officij iusticia. ad meliora trāsferrent. nō ꝑ mortē sed ꝑ aliquā mutationē. Ecce hic habem° de trāsitu hoīs ad meliora. sed incertū nobis relinquit. vtrū simul trāsferantur an ꝑ successiones

Determinat quales nascerentur filij q̄tū ad corpus. vtꝝ ꝑfectionē stature ⁊ vsū mēbrorum hñtes qualis hō prim° fuit conditus. d

Si vero queritur quales si nō peccasset homo filios genuissz vtrū videlicet sicut ipse p̄mus hō ꝑm staturā corporis ⁊ vsus mēbroꝝ ꝑfectus mox cōditus extitit. ita etiā ei° filij in ipo natiuitatis exordio ꝑfecti existerent. q̄ ambulare ⁊ loqui ⁊ cuncta facere possēt. Respōderi potest ꝙ filios ꝑuulos nasci oportebat ꝓpter materni vteri necessitatē. Sed vtrū mox nati ꝑfectionē stature ⁊ mēbroꝝ vsū haberēt. an paruuli ⁊ in minori etate ꝯstituti vti possēt mēbrorū officijs. an ꝑ interualla tpm eo modo quo nūc fit ꝑfectionē stature ⁊ vsū mēbroꝝ recepturi essēt. de autorib° diffinitū nō habemus.

Si non. ergo videtur ꝙ poterant cōtinue seruare virginitatem. Item quero vtrū illud mandatum maneat adhuc. ꝙ si manet. ergo non licet alicui seruare virginitatem qd̄ est contra apostolū qui dicit. j. Corinth. viij. Volo vos omnes esse sicut ego sū. loquitur de castitate. Si non obligat modo. quero. quando reuocatū est. Videtur etiā ꝙ modo sint melioris conditionis homines q̄ tunc. quia modo possunt seruare virginitatem. tunc autem non poterant. R°. dōz ꝙ illud mandatum datum fuit viro et mulieri ī statu innocētie. sed cū esset mandatum affirmatiuum non obligabat ad semp. sed pro loco ⁊ tēpore. determinatio autem temporis dependebat ex reuelatione diuine voluntatis. quam q̄ deus nondū eis reuelauerat. ideo dic magister. ꝙ nōdum iusserat Ad illud quod queritur vtrum illud mandatuz fuerit reuocatū dōm ꝙ aliter obligabat tempore nature institute aliter nunc. tūc em̄ omnes obligabat. quia omnibus erat in officium. nunc autem non obligat omnes pro eo ꝙ sunt multi qui sufficiunt illud implere alijs consilium virginitatis seruantibus. hoc autem consilium cōpetit statui nature lapse. non autē nature institute. quia tūc cum nulla esset pronitas. nō esset maior virtus continere q̄ nubere. ⁊ omnes ad cultum dei generarent. nunc autem ꝓpter difficultatem et arduitatem omnino continere magne virtutis est ⁊ dignitatis. Et sic patent ea que obijciuntur.

Quales nascerentur hoīes q̄tū ad corpus

Responsio vbi vno fine ābiguo posito tripartitaz subijcit distictionez

c Nondum deus iusserat vt coirent. Hoc videt 4 esse falsum. quia dicitur Geñ. j. Crescite ⁊ multiplicamini et replete terrā. Constat ꝙ hoc dictum est q̄tum ad actum generatiue. ergo ⁊c. Juxta hoc queritur. si mandatum illum omnes obligat. ꝙ si sic. ergo videtur ꝙ transgressi sunt quia non coierunt in statu innocētie

d Impleto numero ⁊c. Videt hec positio esse incōueniēs. primū q̄ magnum dispendiū esset parentibus si tāto tēpore gloria coꝝ differret q̄usq; electoꝝ numerus impleret. Et iterū si spes q̄ differt affligit aīam. videtur ꝙ ī eis esset aliqua afflictio. Rursus est numer° electoꝝ futur° si ī magna multitudine. quō possēt oēs hoīes ītra paradisi spaciū cōtineri. h° nō videt esse ꝓbabile. Si tu dicas ꝙ ꝓpter h° parētes transferrent absq;

alīs ꝛ glorificarētur. hoc nō videt cōueniens. qz ad magnitudinē dei spectat oēs simul glorificari. sicut faciet i die iudicij in resurrectione generali. Et dōm breuiter q̄ ista scōa opinio ꝓbabilior est. sicut dicte rōnes ostendunt. nec obstat illud de simultate glorificationis. hoc eīm magis est ꝓpter iudiciū ꝛ resurrectionē corpoꝝ (quā decet esse simul) q̄z ꝓpter brītudinis collationē. but⁹ rō exp̄ssius hēt i qrto in tractatu de resurrectione

e ¶ In illis expectaret etas ꝛc. Hāc de paruulis primoꝝ parētū opinionē videt mḡr approbare. Sed ꝓtra hoc est verbum Aug⁹. p̄cedens paulo aīn h. dicēs sic. Infirmitati mētis cōgruit hec infirmitas carnis. Itē si natura hūana potentior et nobilior ē q̄z brutalis. ꝛ q̄rundā aīalīū fetus statim quā/do nascunt p̄nt ambulare. multo fortius videt q̄ filij hoīm. Rn. dōm q mḡr nullā istarū opinionū intēdit asserere ꝛ dubiū ē vtrū sic vel sic esset. nihilomin⁹ tamen hāc opinionem approbat tanq̄z ꝓbabiliorē q̄ dicit quosdā paulatim ꝓficere et crescere ad vsum mēbrorum. Nec hoc dicit sine rōne. Tenerītudo enim mēbrorū debet ꝓli hoīs ꝓpter bonitatē cōplexionis et cōgruentiā nature q̄ procedit a debiliorū complexione q̄z adulti. processus autem in incremento non esset miraculosus sed naturalis. etiam tēpore nature instituto et ideo rationabiliter magister hunc modū dicendi magis approbat. Verbum autem Aug. precedens intelligitur de infantia ratione incōmodorum cōcomitātium eam. non ratione imperfectionis mēbrorum. Ad illud quod obiicitur de illis generibus animalium non valet. quia alterius sunt cōplexionis ꝛ organizationis.

f ¶ Per interuallum tēporis in sensu et cognitione 7 proficere ꝛc. Contra. videtur falsum qđ hic dicit de paruulis. cum eīm anima rationalis senescit in tēpore

¶ Ambigua Augustini verba ponit. vbi tū videt innuere q̄ filij ꝛ paruuli possēt mēbrorum vti officijs e

Et sup hoc Aug. ambigue loq̄tur. Monet nos inq̄t si ꝓmi homines nō peccassēt. vtrū tales filios essent habituri q̄ nec lingua. nec manib⁹. nec pedibus vterent. Nā ꝓpter vteri necessitatē forte necesse erat paruulos nasci. Sed q̄uis exigua ps corpis sit costa. non ꝓpter hoc paruula viro cōiugē fecit. Vnde et ei⁹ filios poterat oīpotentia creatoris mox natos grandes facere. Sed vt hoc omittā poterat certe eis p̄stare qđ mḡtis aīalibus prestitit. quoꝝ pulli q̄uis sint paruuli. tū mox vt nascunt currūt ꝛ matrē sequūtur. Cōtra. homini nato nec ad incessū pedes ydonei sūt. nec manus saltē ad scalpendū habiles. ꝛ iuxta se magnis positis nascētes magis p̄nt esuriētes flere q̄z fugere. ꝓpterea q̄z infirmitati mētis cōgruit hec infirmitas carnis. His verbis videt insinuari q̄ filij etiā paruuli officijs mēbrorum valerēt vti.

¶ Quibusdā nō absurde placuit q̄ filij parui nascerent. ꝛ ꝓ accessuz tēporis in statura ꝛ in alijs sicut nūc ꝓficerēt. qđ non esset vicio imputādū. f

nō videt fm conditionem tēporis alterari. ergo videt q̄ processu tēporis non efficeretur magis sciens. cum non haberet in sciētia per tēpora alterari. Item deus fecit animā adē perfectam scientia. ergo pari ratione fecisset animam filiorum si ipse steriliset. ¶ Rn. dicendum ad hoc q̄ hec est probabilior positio q̄ aliquo modo ꝓ interualla temporum in sensum cognitione proficissent. Anima eīm dum est in corpore complexionez corporis imitatur. Et qm infantia est mollis. ꝛ fluida cōplexio cerebri ideo non potest ibi esse fortis impressio specierū nec fortis cōuersio super illas. Vnde sicut faciēs non reluceret aqua mota. sic paruuli nō esset ydonei statiz ad vsum cognitionis. Quod ergo obiicitur q̄ anima nō alteratur in tēpore. verum est q̄z est de se sed ratiōe corporis cui coniungitur qđ crescit et in tēpore fortificatur. Ad illō vero qđ obiicit q̄ haberet habitū. Dicit ꝓ tum. dēm q̄ si sic oporteret haberet scientiā q̄z ad habitū non tū haberet q̄z ad actū. Vel cōsideratēz ꝓpter organi ꝛeptitudi

Sed cū Aug. sub assertione de his nihil tradat. nō irrōnabiliter qđsdā placuit ꝓmoꝝ parētū filios nascituros paruos. ac deinde ꝓ interualla tēpoꝝ ea/dē lege qua ꝛ nūc natiuitatem hūanā ordinatā cernim⁹. statuere incrementū ꝛ mēbrorum vsū recepturos. vt in illis expectaretur etas ad ambulandū ꝛ loq̄ndū sic mō in nob. qđ vtiq̄z nō esset vicio ꝓputandū sed ꝓditioni nature. sicut a cibo abstinere penit⁹ nō valebāt. nec tū illud erat ex vicio. sz ex nata ꝓditōis

¶ Oppositio q̄rundā volentiū ꝓbare eos posse viuere sine alimonia. g

Ad hꝫ aūt opponit ita. Si non peccarēt nō morerētur. sz nō peccarent si nō comederēt. ꝓterant igit sine alimonia viuere. Cetera sicut sup̄ dixim⁹ nō solum peccarēt si de ligno vetito ederēt. sz etiā si ꝓcessis nō vterentur. q̄ sicut erat eis ꝓceptum non illo ligno vti. ita alijs vesci. ꝓterea ꝓtra naturalē rōnez facerēt q̄ itelligebāt de illis eē edēdū qđ ꝛ naturaliter appetebāt. Itē opponit. Cū fames sit pena pcti si nō peccarēt. famē nō sētirēt. sz sine fame supfluū videret comedere. Cū putāt q̄dā eos cibis nō indiguisse aīpctū. q̄ nō poterant esurire si

nē. sic etiā nō hūt dormiētes. Cū sicut puuli baptizati dñr hēre vtutes i mūere. nō i vsu vsi actu. sic itelligēdū est puuulos illos sciam habuisse. ꝛ postmodū cōplexōe facta habili ad ꝓsiderādū statim cēnt i actu ꝓsideratōis sine penuria ꝛ laboꝛ potissime verū esset i eis illi vbū ꝓbi qđ dic q̄ i sedēdo ꝛ i descēdo fit aīa prudēs ꝛ sciens cū sessio ꝛ descēsus dicat ꝑmotū ꝛ fluxibilitatē cōplexōis.

g ¶ Preceptū addidit obedientie. Quer̄ q̄re dñs addidit ꝓceptū sup̄ ꝓceptū. ꝛ quare tot fuerūt ꝓcepta que homini dedit. ꝛ iterū quare ꝓceptū obedientie fuit dilecte. Respōden pline potuus fuit negatiuū q̄z affū mutatū. dū est ad hoc breuiter q̄ tria dñs fecit eis ꝓcepta in principio. Unū sz qđ fuit. Crescite ꝛ multiplicamini. Aliud fuit. De ligno paradisi cōedite. Tertiū fuit. De ligno scientie boni ꝛ mali nolite cōedere. Numerus aūt ꝛ sufficientia

nō peccassēt·Ad qō dici pōt·q fames vere defe=
cus ē ꝛ pena pcti· Est em̄ imoderatus appetit⁹
edēdi cui nō subiacuisset hō si nō peccassēt· sz p=
culdubio peccaret nisi hūc defectū cibo p̄ueniret
habebat em̄ naturalē appetitū ꝛ moderatū cui
ita fatisfaciēdū erat ne defectū famis sētiret·Si
cut g nō ex vicio sz ex nature ꝯditione erat q aī
pctm̄ hō cibis idigebat·ita nō ex vicio esset sz de
natura·si hois ꝯditio in p̄ncipio suo·i· i pmo pen
te a pfecto ichoata in subsēqnti ꝓpagatiōe a mo
dico ad maiora pficeret vt sczp interualla tpis·
stature corpee incremēta vsūq; mēbroꝝ suscipet
cut statura corpis ita etiā sēsu mētis paruuli na=
scerent ꝛ paccessū tpis pficerēt sēsu ꝛ noticia ve
ritatis·an sz mox nati i his esset pfecti· h
niēs h̄ existimare·q̄ri solet·vtrū de sēsu aīe ꝛ co=
gnitiōe veritatis eodē mō sentiēdū sit·vt sczhiq
sine pctō nascerētur·sēsu ꝛ itelligētia mētis imp=
fecti existerēt·ꝛ paccessū tpis in his pficerēt vsq;
ad pfectionē·an mox ꝯditi pfectōez sēsus ꝛ cogni
tiōis p̄ciperēt· Illi q̄ sctūt paruulos natos i sta=
tura corpis ꝛ vsu mēbroꝝ paccessū tpis pfectu=
ros·nō diffitētur eos dē i exordio natiuitatis sēsu
impfectos existere·ꝛ p̄ interuallū tpis in sēsu et
cognitione pficere vsq; ad pfectum·

Cōtra illoꝝ sentētiam opponunt q̄dā· i
Ad qō q̄dā opponūt dicētes·Si mox nati nō ha=
berēt pfectionē sēsus ꝛ itelligētie·ignorātia i eis
esset ignorātia aūt pcti est pena· Sed q̄ h̄ dicūt
nō satis diligēter ꝯsiderāt·qz nō ois q̄ aliq̄d ne=
scit vel minus perfecte aliquid scit· statum igno=
rātiam habere siue in ignorātia esse dicēdus est

Responsio

f

Dītelligētia huⁱ⁹ ptis q̄ est de p̄creatiōe liberoꝝ
i statu innocētie q̄dā icidūt dubitabilia Et p̄mo q̄
rīm̄ vtz i statu innocētie fuisset sexuū cōmixtio·Se
cūdo vtz i illa cōmixtōe eēt semiū decisio·Tercio vtz
to vtz i illa cōmixtione esset delectationis intēsio·Quar
to vtrū i oīmi coitu esset plis gnatio· Sexto vtz eq̄lis
esset per gnationē masculoꝝ ꝛ femināꝝ multiplicatio·

Circa quā sic p̄cedit ꝛ oñdit q̄ ꝛ si hō stetisset facta essz
sexuū cōmixtio· Primo p̄ textū·Ben̄·j· Faciam⁹ ei adi=
utoriū sile sibi·sz vir nō idigebat adiutorio mulieris ni
si q̄tū ad actū gnatiōis·nec poterāt simul cōmiscerī·g ꝛc· Itē Aug·xiij·de ciui·dei·
Quisq; dic nō coituros nō genituros hoīes nisi pec
casset·q̄d aliū dic nisi ꝓpt̄ numerū situ scōz necessariuz
fuisse pctū·g si h̄ c inconuenies ponere·etiā si hō nō pec
casset vir ꝛ mulier p cōmixtionē sexuū gnarēt· Itē distī
ctio sexuū nō est nisi ꝓpt̄ gnationē·sz i pmaria sui cōdi=
tione distinctio fuit i būana spē sicut in alijs·g si serus
distīcti ad vnū officiū nō ꝯcurrūt nisi cōmisceāt·vī q̄ si
hō stetisset vir ꝛ mlier cōmixti eēnt· Itē vir habuit vim
gnatiuā·sz planū ē q̄ plē itra se ꝯcipere nō poterat·nec
cū hēret locū in q̄ fer⁹ vegetaret·nec viā q̄ qua egrede=

q; ignorātia nō ꝺz nisi cū id qō
sciri ꝛ nō ignorari debet nescit
Talisq; ignorātia pena pcti est
cū mēs vicio obscurat· ne cog=
noscere valeat ea q̄ scire debet

De hois trāslatione in me=
liorem statum· ꝛ de duob⁹ bo=
nis altero hic dato· altero p̄o=
misso· k

Talis erat hois institutio ante
pctm̄ f̄m corpis ꝯditionē· De h̄
aūt statu trāsferēdus erat cuz
vniūsa posteritate sua ad meli
orē dignioreq; statū· vbi celesti
ꝛ eterno bono in celis sibi parato
frueret· Sicut ei ex duplici na=
tura cōpact⁹ est hō· ita illi duo
bona ꝯditor a principio p̄parau=
it vnū tēporale· alterq; eternū·
vnū visibile· alterum inuisibile·
vnū carni· alterū spiritui Et q̄
p̄mū est q̄s est aīale· deinde q̄
est spūale· tēporale ac visibile
bonū p̄⁹ dedit· inuisibile aūt et
eternū p̄miſit· ꝛ meritis q̄rēdū
p̄posuit· Ad illu⁹ aūt custodiaz
q̄ dederat· ꝛ ad illō p̄merēdū
q̄ p̄miserat naturali rōni i creā
tione aīe hois idite q̄ poterat
inter bonū ꝛ malū discernere
g p̄ceptū addidit obediētie·p cu
ius obseruātiā datū nō p̄deret
et p̄miſſū obtineret· vt p meri
tū viueret ad p̄emium·

istoꝝ p̄ceptoꝝ p̄t
sumi dupliciter
Uno modo sic·
Quoddā ei ē p̄=
ceptū q̄ ordiat
ad deū· ꝛ istō fu=
it p̄ceptū obedi=
entie· Quoddā q̄
ordiat ad primū
ꝛ illud fuit p̄ce=
ptū de multiplicā
do gñe· Quod=
dā q̄ ordiat ad
seipz· ꝛ h̄ fuit p̄=
ceptū de cōestio=
ne· Scōo mō sic
Ut q̄ddam p̄ce=
ptū respiciat coꝛ=
p⁹· ꝛ h̄ ē p̄ceptū
de comedendo·
Quoddā respi=
ciat aīam· ꝛ h̄ ē
p̄ceptū de absti=
nēdo q̄ ē obedi
entie meritum·
Quoddā ꝺiūctū
ꝛ h̄ est p̄ceptū de
p̄silī multiplican=
do· Precepiū aūt
discipline fuit ne
gatiuū· vt facti
oꝛ cēt ei⁹ obſuā
tia· ꝛ hō nō pos=
set de trāsgressio
ne vel omissione
hēre excusatiōez
Et ī h̄ terminat
total illa ps bu=
ius libri q̄ est de
hominis consti
tutione·

Q̄ nō igno=
rātia dicit
cē in aliquo

Quod ra=
tionē natu=
ralē ꝛ p̄cep
tū dedit de
us hoī ad
obseruādū
bonū quod
acceperat ꝛ
p̄merendū
quod p̄o=
missū erat.

rek·g vī q̄ ad h̄ q̄ gñaret necessariū erat sibi cū muliere
cōmiscere ꝛ cōuenire· Sz ꝺicta Aug·de bono cōiugali
Nuptie nō nisi mortaliū esse poterunt·ꝺstat h̄ dictum
ee q̄tū ad cōmixtionē sexuū·si g̃ ma nēte statu innocentie
hō nō poterat mori·g nec mulieri poterat cōmisceri·
Itē dam̄·Poterat de⁹ gen⁹ h̄ absq; gñatione multipli
care si hō mādatū suū fuasset vsq; i finē·g vī q̄ si hō sti=
tisset·q̄ vir mulieri cōmisceri nō hēret nec filiū p̄creare
Itē ad h̄ data est vis gñatiua vt q̄ nō p̄ñt ꝺtinuari i se
ꝺseruēnt in suo sili·sz hoīe stāte ī p̄petuū ꝺtinuari pos=
set·g nō vī q̄ hō gñaret· Itē cōmixtio sexuū ē opus car=
nale·sz p̄mi pentes cū eēnt spūales nō erāt ꝺditi opib⁹
carnis·nec ī pedicbāt a q̄rte ꝺtēplatiōis·g nō vī q̄ na=
tura stāte haberēt i simul cōmisceri· R⁹·dōm q̄ i statu
innocētie absq; dubio hō hēret gñari ex hoīe·ꝛ h̄ attesta
tur auctoritati scripture ꝛ ut dicto rōnis recte·Dicit cm̄
hoīb⁹ i statu innocētie sic scribit Ben̄·j· Crescite ꝛ mul=
tiplicamini·ecce·Et ali⁹ text⁹ dic mulierē i adiutoriū viri eē
factā· Rōni etiā recte hoc ꝺsonat q̄ dicit potētiā gñan
di spectare ad cōpletionē nature·vsū aūt gñatōis ad cō
plementū ꝛ pfectionē ciuitatis supne· Et quia in statu
innocētie natura perfectioꝛ erat q̄ in statu vie·et si ho
mo stetisset·superna ciuitas suoꝝ ciuium numeroꝛ
sitate nequaq; fraudata esset· ponendum est q̄ homo

9

in statu innocentie generare poterat et genuisset. Et quia nec vir per se nec mulier per se sufficisset ad generandum. ideo p comixtionē fieret cōiunctio vnius ad alterū. z mutuū sibi p̄beret auxiliū in p̄creatione plis ad multiplicādum genus hūanum. Et ideo ꝯcedende sūt rationes ostēdentes q̄ si homo steriliss̄et q̄ esset generatio z seruum cōmixtio. ¶ Ad illud aūt qđ p̄mo obiꝯi tur in ꝯrīū de verbo Aug. in li. de bo. cōiu. dōm q̄ mortale nō vocaf ibi qđ hz necessitatē in morīdo. sed mortale ōr generaliter p vita aīali in qua sola pōt fieri generatio. qz ī ea solū potest fieri decisio z restauratio. et qz hec īmortalitas esse poterat in statu innocētie q̄uis nō in statu glorie. ideo ptz illud. ¶ Ad illud q̄ obiꝯiť de ꝟbo dam̄. dđ q̄ dam̄. nō vult dicere q̄ nō esset gn̄atio si hō steriliss̄et. sed q̄ non esset p eū modū p quē est modo. scz cū libidine z feditate. ꝓterea ipe non dicit qđ deꝰ faceret. sed qđ facere posset. ¶ Ad illud qđ obiꝯiť q̄ iō data est vis generatiua q̄ ꝓpterueniť corruptibilia. dđz q̄ illa nō est ratio tota. imo rō p̄cipua. z fm fidē quam ignorauit. pbs est ꝓpter multitudinē numeri electorū qđ deꝰ sic disposuit facere successiue ꝓpter cōgruentiā multiplicē. sicut sup̄ tactū est. tū videlicet ꝓpter diuine gn̄ationis manifestationē. tū etiā ꝓpter hoīm maiorem cōiunctionē vt magis adinuicē se diligerēt. tum etiā ꝓpter vniuersi decorē z pfectionē. que nō solūmodo attendiť fm esse p̄manens. immo etiā fm esse decurrens. decursus aūt in rebus irrationabilibꝰ debet esse fm ordinē z exigentiā ad res rōnales ꝓpter quas facte sunt. ¶ Ad illud qđ obiꝯiť q̄ cōmixtio seruū est opus carnale. dđm q̄ caro vno modo sonat in vicium. sicut illđ Gal. v. Caro ꝯcupi. aduer. spm̄. Alio mō caro dicit naturā sicut illud Eph. v. Nemo carnē suā odio habuit. Et sic carnale pōt dici dupliciter. Vel a carne fz q̄ dicit naturā. vel a carne fm q̄ dicit viciū. z hoc vltimo modo in p̄mo statu seruum cōmixtio nō esset carnale opus. eo q̄ nō esset ibi viciositas. esset tm̄ opus carnale fm q̄ caro sonat in naturā. z nihilominus esset spirituale opus. qz natura z opus nature. ꝯcordat spiritui z gratie.

¶ Questio II b

Utrum in illa cōmixtione esset seminū decisio. Et q̄ sic videtur. generare est de substātia sua aliquē ꝓducere. sz nemo ꝓducit aliquē de substātia sua nisi det ei partem substātie sue. cū dare totū nō possit nisi solus deꝰ. partem aūt substātie nō dat nisi decidēda a se. ergo ꝛc. ¶ Itē filiꝰ a p̄re z mr̄e generaf nō tm̄ effectiue sz etiā materialiter. sed q̄cūq̄ aliqua duo sunt materia vniꝰ. necesse est adinuicē vniri z cōmisceri fm se tota. vel fz aliquid sui. illud aūt in quo vniunť nō solū hz rōnem materialis. sed etiā effectiui. z tale vocamꝰ semē. igiť si homo steriliss̄et. generatio nihilominus esset p cōmixtionē seminū. Item vir ex suo coitu mulierē fecundaret. sz hō esset nisi aliqđ ī partiret mulieri. sed ꝯstat q̄ nō impartiret necessariū. qz natura illud sibi reseruat. ğ impartiret alimēti supfluum. z hoc est semē. ğ fieret seminum cōmixtio. ¶ Itē a primaria cōditione habuerunt vir z mulier vasa susceptibilia z idonea ad humoris seminarij generationē z decisionēz cōmixtionē. z illa sūt q̄ sunt organa virtutis generatiue. ergo in generatione prolis naturale est semen descindere. ğ si homo generaret tūc fm qđ cōpetebat nature. in statu innocētie fuisset cōmixtio seminū. Sed ꝯra. Semen est supfluū nutrimenti. vbicūq̄ aūt est supfluitas ibi est viciositas. sz in natura instituta nō erat viciositas. ğ nec supfluitas. igiť nec humor seminarius. Itē semē est supfluitas tercie digestionis. sed si homo steriliss̄et non esset in eo supfluitas scōe digestionis. vtpote stercus z vrina. ğ nec supfluitas tercie. Prima patet p phm. scda manifesta est. quia ille superfluitates nunq̄ sunt sine feditate et ignominia. ergo si feditas et ignominia nō sunt in homine nisi per culpam. nullo modo esset in eis talis superfluitas. ¶ Item si esset in eis semen. aut esset conueniens ꝓprie cōplexioni. aut nō. Si nō. ergo nō vidētur q̄ de eo deberet vel posset ꝓles generari. Si sic. Sed natura naturaliter tenet qđ est sibi cōueniens. et si expellit. hō nō est p naturā sed p violentiā. ergo si esset in statu innocētie hō hoīem generaret nō violēter sed naturaliter. videť q̄ in generatione semē nō emitteret. Item actualis decisio partis a parte est via ad corruptionem sed homo in statu innocētie ad corruptionē nō tēdebat. ergo ğ generādo semen nō descindebat. ¶ Rō. dđm q̄ cū generatio ꝓlis q̄stū est de ordine z ptāte nature habeat fieri p cōiunctionem z cōmixtionē duoꝝ seruū in hoībus qui respectu ꝓlis se hñt p modū materialis z efficientis ita q̄ rō materialis plus residet penes mulierem. z efficientis vel actiui plus residet penes virū. necesse est ad generationem aliquas particulas tā a muliere q̄s a viro decidi in quibus esset virtus z ratio seminalis respectu corporis ꝓpagandi. Quia igiť hic est ordo nature nō solūmodo lapse. sed etiā institute. ideo dđm est q̄ in statu innocētie z vir z mulier p decisionē seminū generarent. Ad illud qđ obiꝯiť in ꝯrariū de seminis superfluitate. dđm q̄ est supfluitas rsiduitatis. z est supfluitas impuritatis. Supfluitas rsiduitatis est in semine. z hec supfluitas necessitatē nō excludit. immo idem ipm̄ qđ necessariū est. est supfluum. sed necessarium ꝑpetuo. supfluum ī diuiduo. necessariū virtuti generatiue sed supfluum nutritiue. z hec supfluitas non repugnat bonitati z cōplexioni nature. qz nō sonat in viciū sed in cōplementū. Est z alia supfluitas ī puritatis. sicut fletus z vrina. defluxio reumatis. z emissio sudoris. z cōsimilia. z hec est in duplici differētia. Quedā venit ex debilitate virtutis cōtentiue z cōuersiue. sicut sudor. z reuma. z talis non fuisset in adā. ꝓptera q̄ virtutes naturales in ipso erant in suis operatiōibus efficaces. Alia vero est q̄ venit ex nutrimēti qualitate. z nutrimēti puritate. z hec fuisset in adā. q̄lis est supfluitas egestionis z vrine. que sūt ꝓpter sepationē puri ab impuro. vt illud qđ purū z ydoneū est assumaf in alimentū. illud vero qđ est minus ydoneū abiꝯiaf exterius. licet nō cū tāto fetore z feditate sicut nūc. z hoc satis indicāt vasa q̄ destinant vocamina q̄ sūt hominī a sua p̄ma conditione naturaliter deputata. Et p hoc patet rēspōsio quasi ad oīa obiecta. Nā primū qđ obiꝯit q̄ vbi est supfluitas ibi est viciositas nō valet. qz nō habet veritatē de supfluitate rsiduitatis q̄lis est supfluitas seminis. Scōm autem qđ obiꝯit q̄ supfluitas scōe digestionis est cū feditate z ira cū pena. similiter nō valet. qz q̄uis illa sepatio puri ab impuro sit in nobis cū seditate. in istis esset sine aliqua feroris corruptione. in attestatione virtutis potētie cōuersiue. z puritatis nutritiue. Similiter tercium non multum cogit qz sen en cum sit supfluum nutritiue. est necessarium generatiue. z nō cōuenit cū natura vt saluās ipam in se. sed vt saluās eā in altero. z ideo natura nō appetit sibi illud retinere. sz in alterū trāsfundere. z q̄uis nō cōueniat nature generātis in se vt sic est. cōuenit tn̄ nature generati. Similiter mū nō cogit qđ dic q̄ decisio est via ad corruptiōez. hoc est locū hz vbi est decisio ptis necessarie cum quadam

violentia. ⁊ vbi est decisio sine restauratione. hoc autē nō est in seminis decisione sicut ostēsum est. Et ita omnia obiecta possunt solui per distinctionē prius factā et alia etiā plura media que ad hoc possent adduci.

Questio IIII c

Utrum in illa seminis emissione esset delectationis intensio. Et q̄ sic videt. Natura bene disposita deside/rat supfluum emittere. ergo melius disposita magis desiderat illud emittere. sed natura instituta multo melius erat disposita q̄ natura lapsa. g̃ vis generatiua ml/to magis desiderabat semē emittere qđ est supfluum. ſz vbi maius est desiderium ibi in cōpletiōe multo maior est delectatio. ergo i seminis decisione multo maior esset tunc delectationis intēsio q̄ sit modo. Item dele/ctatio est ex cōiunctione cōuenientis cū conuenīēti ⁊ sēsu eiusdē. ⁊ ideo dicūt naturales delectationem esse in coitu ꝓpter trāsitum humoris p locū neruosū in quo maxime viget sensus. si g̃ tāta erat tūc cōuenientia vel maior q̄ sit modo. ⁊ sensus tunc magis vigebat q̄ modo. videt q̄ in seminis decisione maior tūc q̄ nunc esset delectatio. ſz vis gñatiua in qua viget sensus tactꝰ facilius ⁊ cōpletius existet tunc in actū suū q̄ tunc. ergo maior esset ibi delectationis intensio. Item oculꝰ ade/ptus delectabat in aspectu lucis. ⁊ auditus in auditu cātus sonoꝝ. q̄ aspectus vel auditꝰ hois lapsi. g̃ pari rōne in gustu ⁊ tactu apposito sibi q̄uenīēti multo plus haberet delectari. g̃ cū cognouisset vtroq; vel cū comedisset. maiorē delectatione habuisset. Sed ꝓtra Aug. dicit de ciui. dei. q̄ si hō nō peccasset. sic mēbra genitalia applicarent adinuicē. sicut mō applicat manus ori. sed in applicatione manus ad os. aut nulla aut modica habetur delectatio. g̃ pari rōne videt q̄ nec in contactu illoꝝ mēbroꝝ. Item si tāta esset delectationis intē/sio tūc q̄ta est nūc. cū modo sit ꝺordinatio in actu generādi ꝓpter delectatiōis intēsionem. tūc fuisset generatiua deordinata. g̃ nō esset generatiua instituta ſz de/stituta. Item si in actu illo natura stāte esset delectationis intēsio. cū fortificata vna virtute minoraf vsus alterius. videt q̄ sicut nūc in illo ope absorbef vsus ratione. ita ⁊ tunc. sed hoc nō pōt esse sine hois subuersa. Item si tāta esset tūc delectatio in pūctia ⁊ ꝺiunctione sexuum q̄ta est nūc. g̃ similiter tātus esset appetitus in absentia q̄tus est nunc. sed vehemētia ⁊ delideriū appetitus excitat puritū. ⁊ puritus vehementia facit mēbra illa inobedientia rōni repugnātia. g̃ in statu añ lapsum esset pugna ⁊ cōtrouersia. qđ est ꝓtra oīm sctōs. et contra fidem sincerā. Restat ergo qđ tpe nature in/
16 stitute in seruū cōmixtione nō erat delectatio intensa. Rō. intelligendū est hic duplicem modū esse dicendi. Quidā em dicere voluerūt q̄ tāta vel maior erat delectatio tūc q̄ nunc. ⁊ tū non erat īmoderata. Tāta erat ꝓpter naturalis virtutis pfectionem. īmoderata non erat ꝓpter inferioꝝ virtutū subiectionē. Rō em dña/bitur illi delectationi et cā referebat in suū finē. ideo nō absorbebaf nec erat ibi repugnātia. Et p hoc volūt solucre obiecta. Est ⁊ alius modus dicēdi q̄ magis cōcordat verbis Augustini. ⁊ pbabilitati rōnis. q̄ i decisione seminū. ⁊ cōmixtione seruū. tēpore nature institute aliqua fuisset delectatio. moderata tū ⁊ mensurata ꝑm q̄ exigebat hois rectitudo. ⁊ ꝑm q̄ eā volebat tēporare ratio hois. ideo nō erat tāta q̄ta est modo. Nunc em q̄ virtus illa maxime exiuit rōnis imperiū. dū rō amisit originalis iusticie vinculū ⁊ retinaculū. p qđ impabat viribus inferioꝝ. iō laxatis habenis toto ipetu ⁊ conatu se precipitat in delectabile sibi oblatū. nō ꝓpter intēsionē virtutis mouētis. sed ꝓpter defectū virtutis retardātis. Unde sicut equus lasciuus rupto frenuvelocius currit ⁊ impetuosius q̄ cū infrenatur ⁊ detinef a suo sessore. licet nō habeat maiorē virtutē sic ⁊ in ꝓposito intelligendū est se habere. ⁊ hoc est qđ dicit Aug⁹. de ciui. dei. Nuptie ille digne felicitate paradisi (si peccatum nō fuisset) ⁊ diligēdam plē gignerent ⁊ pudēdaz libidinē nō haberēt. Et ideo cōcedēde sūt rōnes oñdentes q̄ nō esset tūc tāta delectationis intēsio q̄ta ⁊ nunc cū modo tāta sit vt modū ⁊ ordinē debitū non obseruet. 17
Ad illud g̃ qđ obiicit in ꝓtrarium q̄ natura desiderat emittere supfluitatem. dōm q̄ verū est. ſz illud desideriū hz terminū ⁊ limitē. ⁊ in natura instituta illū termi/nū nō exiuit. nūc aūt exit. ⁊ ratio prius tacta est. Ad 18
illud qđ obiicit q̄ delectatio venit ex cōiunctione cōue/nientis cū cōuenienti. ⁊ sensu eiusdē. dōm q̄ nō tm venit ex cōiunctione. sed etiā ex virtutis ꝓuersione sup delectabile. in statu aūt nature institute ⁊ si esset cōiunctio conuenientis cū cōuenienti ⁊ sēsus. nō tū tāta esset virtutis incuruatio et inclinatio q̄ta ⁊ modo. ⁊ iō nō esset tam improba ⁊ tā intēsa delectatio. Ad illud qđ obiicit 19
sed circumstantia non aggrauat in infinitum. ergo si mora temporis circunstantiā. videtur ꝛc. Juxta hoc queritur quanta mora temporis faciat pecccatum qđ erat veniale esse mortale. et vtrū hoc sit ī alijs generibus peccatorum sicut ī peccato carnis. Et iterum quando q̄s dubitat vtrū mortaliter vel venialiter peccauerit qualiter sit ei consulendum.

Rº. dicendū ꝙ mora tēporis q̄tum est, de se nō facit vt quod prius erat veniale fiat mortale. sed soluz occasionaliter. videlicz qꝛ inducit consensū verꝫ vel interp̄tatiuum. Tunc autē inducit cōsēsum verū quādo ex diuturnitate delectationis crescit libido adeo vt homo velit omino in vitiorum delectatione persistere et morari. Tunc vero inducit consensuz interpretatiuū. quando hō aduertens periculum delectationis retente. negligit eam reprimere. hoc enim non est absq̄ cōtemptu salutis proprie. pro eo ꝙ discrimini se exponit. Illa enim delectatio subītrat sicut serpens et venena diffundit. per q̄ rationalis spiritus interit mor-

Auctoritate Aug. ita esse cōfirmat.

51

Quando mulier cum viro mādu cat.

atur. mortale est. Cum vero insensuali motu tantum est vt prediximus. tunc leuissimum est. quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem supra dixi aliud frequenter. aliud semel. quia [b] quedam sunt que si tantum semel fiant. vel facienda disponantur. damnāt. quedam vero non. nisi sepius fiāt vel facienda decernantur. vt de ocioso verbo et huiusmodi. Hec August. in. xij. libro de trinitate tradit ita. Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit. mulier autem non manducauit sola sed viro suo dedit et simul manducauerunt. ita ꝛ in quodam secreto cōiugio qđ in vno homine geritur et dinoscitur. cum rationi scientie que in rebus temporalibus agendis rationandi viuacitate versatur. animalis sensus ingerit. quandam illecebram. tunc velut serpens alloquitur femina.

Huic autem illecebre consentire. de ligno vetito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est. superiori vero auctoritate ita retinentur membra vt non exhibeantur arma inquitatis peccato. sic habendum estimo. velut lignum vetitum mulier sola comederit. Si aūt in consensu illo decernitur quodq̄ peccatum vt si sit potestas etiam opere impleatur. intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neq̄ enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter verum etiam perpetrandum efficaciter mente decerni. nisi et illa mentis intentio penes quam summa potestas est mēbra in opus mouendi vel ab opere cohibendi male actioni cedat.

Ponit quandam similitudinem ostendens ꝙ mulier sine viro damnari non potest id est mortale non est quod in sola delectatione tenetur cogitationis. k

Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis. non quidem decernens esse facienda. tenens tamen et volens libenter. que statim vt attigerunt animuz respui debuerunt. negandum est esse peccatum. sed longe minus q̄ si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoq̄ cogitationibus venia petenda est. pectusq̄ percutiendum et dicendum. Dimitte nobis debita nostra. Neq̄ enim sicut in illis duobus primis hominibus in personam suam quisq̄ portabat. Et ideo si sola mulier cibum edidisset illicitum. sola vtiq̄ mortis supplicio plecteretur. ita dici potest in homine vno. si delectationibus illicitis a quibus cōtinuo se deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur. nec facienda decernantur mala. sed tamen suauiter in recordatione teneantur. quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hic quippe vna persona est. vnus homo est. totus-

te culpe. Sicut igitur salutez suam corporalem negligeret q̄ serpentē iuxta se sciēter collocaret. sic in tali delectatione auertens periculum vel debens auertere voluntarie versatur. exponit se discrimini quādo negligit repellere. ꝛ pro tāto dicit magister ipsum peccare mortaliter. et ꝑ hoc ptz responsio ad obiecta. quia hoc nō facit mora de se sed ratione consensus vel contemptus.

Ad illud vero quod querit q̄ta mora hoc faciat. dicendum ꝙ in generali determinatur ꝙ tāta mora hoc faciat in qua adeo crescit delectatio ꝛ libido ꝙ superuenit consensus. vel adeo est repellendi negligentia ꝛ proprie salutis inducia ꝙ superuenit cōtemptus et consensus interpretatiuus. Si autem in specia li queratur quāta sit ista mora. vtrum sit vnius hore vel dimidij vel āplioris spacij. non potest vna respōsio dari. quia aliquando est maioris. aliquando minoris. ſm diuersos status et cōditiones personarū. vnde hoc non determinat scientia vel lectio. sed potius conscientia recta et punctio. Bene autem ad

52

Math. vj.

uertit conscientia recta se non modicum ledi · quando ex morosa delectatione consensus superuenit vel cōtemptus · ꝙ si non aduertat · aliquādo propter tenebras et inuolutiones affectionum · securiorez partem debet eligere · et confiteri pure · sic et dolere quasi peccaret mortaliter.

53 Ad illud quod queritur vtrum ita sit in omnibus generibus peccatorum · dicēdum ꝙ in omnibus peccatis delectatio morosa vigilanter et strenue vitanda est. Tamē verbum Aug. precipue videtur intelligi in peccato carnis quod habet ex carnis incentiuo delectationem magis sibi coniunctam · et ad quaz homo facilius īcuruatur · ⁊ ideo cum magna diligentia est vitanda · non soluz autem hoc · sed etiā omne peccatum

Eph. ij.

Luc. xxij

Gen. ij.

Can. iiij.

Multa enim frequenter creduntur esse venialia que mortalia sunt · et difficillimum est in talibus discernere · ⁊ ideo quasi a facie colubri necesse habet homo qui vult saluari peccatū fugere.

b Quedam sūt que si tantuz semel fiunt vel facienda disponuntur damnāt quedaz vero nō

ꝙ damnabitur · nisi hec que sine voluntate operandi · sed tamen cum volūtate animum talibus oblectandi · solius cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittantur. Idem quoꝙ in libro contra manicheos de hoc eodem sic ait · Apostolus dicit · Secūdum principem potestatis aeris huius · spiritꝰ qui nūc operatur in filijs diffidentie · Non ergo visibiliter eis apparet · aut q̄si corporeis locis accedit ad eos ⁊ operatur · Sed miris modis per cogitationē suggerit quicquid potest · quibus suggestionibus resistendū est · Nō enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad iudam quando ei persuasit vt dominum traderet · Nunquid in locis · aut per hos oculos ei visus est · Sed vtiꝙ vt dictum est in cor eius intrauit Repellit autem illum homo si paradisum mentis custodiat · Posuit enim hominez deus in paradiso vt operaretur ⁊ custodiret · quia sicut ecclesie dicitur in canticis canticorum · Ortus conclusus · fons signatus · quo vtiꝙ non admittitur peruersitatis ille persuasor · sed tamen per mulierem decepit · Non enim etiam ratio nostra deduci ad consēsionē peccati potest · nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi qua debet obtemperare rationi tā q̄ rectori viro · Etiam in vno quoꝙ nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatuz quisꝙ dilabitur · quā tunc actum est in illis tribus · serpente · muliere · et viro · Nam primo fit suggestio · siue per cogitationem · siue per sensus corporis · vel videndo · vel tangendo · vel audiendo · vel gustando · vel olfaciendo · Que suggestio cuz facta fuerit · si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum excluditur serpentis astutia · Si autem mota fuerit · quasi iam mulieri persuasum erat · sed aliquādo ratio viriliter etiam commotam cupiditatez refrenat et compescit · Quod cum fit · non labimur in peccatum · sed cum aliquanta luctatione coronabimur · Si autez ratio consentiat · et quod libido commouerit faciendum esse decernat · ab omni vita beata tanq̄ de paradiso expellitur homo · Iam enim peccatum imputatur etiam si non subsequatur factum · quando rea tenetur in consensione conscientia ·

nisi seipsius fiunt · Contra · multiplicatio actuum non mutat genus · ergo si primum peccatū veniale est · et secundum et tertium · ergo nunq̄ faciunt vnum mortale · Preterea · quodlibet veniale stat cum gratia · ergo si nullam aufert gratiam · nullam aufert vitam · ergo nunq̄ damnāt venialia q̄tumcunq̄ multiplicentur · Ad hoc breuiter respondendum est ad presens ꝙ ista questio determinatur in iiij · distin · xvj · ideo ad presens tantum dixisse sufficiat · ꝙ plura venialia non determināt nec faciunt mortale quātum est de se sed solum dispositiue · ex frequēti enim iteratione venialium augetur libido · et frequenter interuenit contēptus et pro tanto intelligendum est verbuz magistri esse dictum ·

54

Breuiter epilogat et rationem sue digressionis assignat · quare scilicet hec de anime partibus dixit · l

Hec de anime partibus interseruimus · vt ipsius anime natura plenius cognoscerētur · ⁊ ꝑm quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium intelligatur · scilicet ꝑm rationem quā omne peccatum mortale geritur · sed nō omne veniale · illud scilicet quod in solo motu sensualitatis existit ·

c Sepe in scriptura noīe tē. Hoc nō videt ratiōnabiliter dictū. qz cū rōnalis portio diuidit ꝓtra sēsualitatem. nullo modo videt qꝫ ratio sensualitatis nomīe debeat cēseri. Itē queritur de hoc qꝫ dicit qꝫ sepe hoc ī scriptura reperit. cū em̄ pbī de viribus aīe sufficiēter tractauerūt. ⁊ nullam mentionem fecerūt de sensualitate. vñ est hoc qꝫ sacra scriptura ⁊ doctores sacre scripture h̄ nomine vtunt. c Juxta hoc est q̄stio vtrū nomine sensualitatis intelligat vna vis vel plures. ⁊ vtrū intelligat vis cognitiua aut motiua. Q̄ em̄ intelligat vis cognitiua videt per hoc qꝫ dr̄a sensū. sensus em̄ vis cognitiua est Q̄ aūt dicat motiua videt ꝑ hoc qꝫ in ea hz esse peccatū ⁊ ad malū habet inclinare. R̄ō. dōm qꝫ scriptura distinguit hoīem interiorē ⁊ exteriorem. sicut habet. ij. Cor. iiij. Et si is q̄ exterior est noster hō corrūpit. interior tn̄ renouat de die in diē. Exteriorē aūt hoīem vocat nō ipm̄ corpus tm̄. sed corpus cū viribus aīe ꝑ quas habet his sensibus intēdere ⁊ in eis inherere. Interiorem aūt hoīem vocat ipm̄ spm̄ rōnalem ꝑm quē hz circa celestia seipm̄ occupare. ꝑm hoc intelligendū est qꝫ hō habz potētias aīe ꝑ quas ꝺuertit ad spūalia. ⁊ hz potentias ꝑ quas cōuertit ad sensualia. ⁊ ille virtutes ꝑ quas conuertitur ad spiritualia in simul collecte vnū posse ꝓfectum circa ista sensualia. ⁊ hoc nomine sensualitatis cēsetur scriptura q̄ simul cōprehēdit sensibiles cognitiuas ⁊ motiuas sīc ⁊ arbitrīū libras vtrq; debit infra. ⁊ h̄

Multiplicitatem huius nominis sensualitas ad maiorem euidentiam manifestat. m

Non est autem silentio prꝫterendū qꝫ sepe in scriptura nomine sensualitatis. non id solū in anima quod est nobis cōmune cum pecore. sed etiam inferior portio rationis que temporalium dispositioni intendit intelligitur. Quod diligens lector ī locis scripture vbi de ipa fit mentio vigilanter annoter.

Ad intelligentiā huiꝰ ptis querunt tria. Prīo q̄rit q̄liter pctm̄ h̄eat fieri ⁊ eē in pte rōnis supioris. Scō q̄liter h̄eat fieri in iferiori. Tertio q̄liter habeat fieri in sensualitate. Circa ꝑmū querunt duo. Prīo queritur vtrū in supiori pte rōis h̄eat esse peccatū ꝑm se. Scō q̄rit vtrū possit in ea esse veniale.

Questio I g

Circa quā sic ꝓcedit. ⁊ ondit qꝫ in supiori pte rōnis ꝑm se h̄ē absq; instinctu inferioris ptis nō possit eē pctm̄. Prīo ꝑ illō Aug. ī manich. vbi sic ait. Rō nr̄a deduci ad cōsensū pcti nō pt. nisi cū delectatō fuerit mota ī illa pte animi q̄ dz obtēperare rōni tāq; rectori viro suo. g nūq; peccat rō supior. nisi pctm̄ ꝓcedat in pte iferiori. Itē phs in. iij. de aīa. Intellect⁹ sp est rect⁹. fantasmata aūt recta ⁊ nō recta. g intellect⁹ quātū ē de se nūq; errat. ergo nec supior portio deuiat a veritate iusticie. nisi inclinet ꝑ sensualitatē ⁊ inferiorē portionē. Itē pctm̄ ē p cōuersionē ad bonū cōmutabile. sz supior portio rōnis dr̄ inq; tū cōuertit ad eterna. inferior inq; tū cōuertit ad tēporalia. g impossibile ē pctm̄ eē vl̄ fieri in nob ex actu ꝓ rōnis supioris absq; actu inferioris. Itē rō supior dr̄ in q; tū legib⁹ eternis intendit. sz impossibile ē aliquē peccare nisi declinādo a legib⁹ eternis. g impossibile ē pctm̄ in supiori pte rōnis eē ꝑm se. Itē mulier ē media inter sensualitatē ⁊ rōnez supiorē. sz sensualitas sp mouet ad bonū vt nūc q̄tū ē de se. g rō supior q̄tū est de se sp mouet ad bonū simplicit. sz ꝺtus q̄ mouet ad bonuz simplicit in mouēdo nō peccat. g in supiori pte rōis quātū est de se pctm̄ esse nō pōt. Itē aīa qn̄ cōuertit ad deū purgat. meliorat. ⁊ ꝓficit. sz supior portio rōnis attendit inq; tū cōuertit ad deū. g cū pctm̄ fedet ⁊ obnubilet. pctm̄ ī superiori pte rōnis ꝑm se eē nō pt. Sz ℔ Hiere. ij. Filij mēphēos ⁊ taphnes cōstupr̄auerūt te vsq; ad verticē. si g verter ꝑm qꝫ sancti exponūt dicit ibi aperte. sine superior portio rōis. vt qꝫ in illa habeat ꝑ pctm̄ cōstupari ⁊ fedari. Itez Aug. riij. de tri. Vir manducat qn̄ superior portio rōnis cōsentit illecebre. sz eius ē peccare cui⁹ ē cōsentire. si igit h̄ est supioris ptis. pz tē. Itē contingit aliquē peccare pctō infidelitatis. discredēdo aliquos articulos q̄ sunt respectu diuinitatis. sz ad illos articulos solū supior rōnis portio se extendit. g in illo genere peccādi portio supior ꝓprie culpā cōmittit. Itē li. ar. cōstat ex vertibile. sz li. ar. maxime cōstitit in superiori portione rōnis. cū ibi maxime sit iudiciū ⁊ imperiū. g vt qꝫ in superiori portione rōnis eriā ꝑm se sit vtibilitas ad malū. igit ⁊ pctm̄. Itē supior portio rōis est illa q̄ discernit ⁊ iudicat tā de agendis q; de credendis. sz iudiciū creature q;tum est de se absq; gratia deficit ab his q̄ sunt fidei catholice. g ꝑ se pōt errare ⁊ ab illis declinare. ⁊ si h̄ pōt ꝑ se peccare. Item angel⁹ cū peccauit ꝓpter appetūt equipari deo in potentia. ⁊ mulier similit in sapientia. sz h̄ est appetibile solū ptis supioris. g videt qꝫ tam pctm̄ hois q; angeli incepit a pte supiori ratiōis. g in supiori pte rōnis ꝑm se pctm̄ hz fieri tē. R̄ō. ad ꝓdictoz intelligentiā ē notandū qꝫ aliq; dicere volu- 56
erūt qꝫ supior portio rōis nō ē aliō q; sinderisis. ⁊ qꝫ ipa supior portio q;tū de se sp ē recta ⁊ fort̄. nisi incuruet. ⁊ emolliat ꝑ portionē inferiorē. ⁊ ō direrūt pctm̄ in ea nō eē ꝑm se. sz si peccat h̄ solū dicūt esse cōsentiendo inferiori pti. siue nō cōpescendo eius dēordinationē. Sz hec positio tripl̄r deuiat a veritate. Prīo in h̄ qꝫ dicit qꝺ idē est supior portio rōnis ⁊ sinderisis. qꝺ plane falsum ē. cū supior portio rōnis ⁊ inferior ptineant ad arbitrīū libertatē sicut dicit Aug⁹. ⁊ ideo nominant potentiam deliberatiuam. sinderisis autem potentiā naturalem nominat. q̄ semper vnifoꝛmiter ad bonū inclinatur

nat. Scdo vero a veritate deuiat in hoc qđ dicit insin/
derisi aliquo modo esse peccatū. hoc ēm plane falsū est
sicut infra manifestabit. 7 glo. dicit exposse Ezechie. j.
Tertio vero a veritate deuiat in h̄ q dicit q in superio
ri parte rōnis fm se culpa nō potest esse nisi ab inferio
ri pcedat 7 tribuat sibi occasio. Hoc ēm ꝓtra rōnem est
cū illa portiōe cōsistat ar. libertas. 7 ita p naturā insit
ei ad malū vertibilitas. 7 ita possibilitas ad peccāduz
Est etiā hoc cōtra experimentū. q: ratio superio: nō so
lū habet iudicare fm leges eternas. sed etiā habet iudi/
care fm lumē ꝓpriū 7 fm lumen sibi ab inferiori acqui/
situm. Et q̄uis aspiciēdo ad leges eternas non peccet
iudicādo. tamē fm ea q̄ percipit a sensibus vel etiā fm
lumē fidei datum 7 innatum pōt deficere 7 errare. mari
me in statu nature lapse. Esto ēm q sibi ꝓponat credibi
le 7 alicūs articulus fidei. vtpote articulus de trinitate
et vnitate. cū iste nō solū repugnet sensui 7 imaginatio
ni. sed etiā discrepet a naturali iudicio rōnis. si noster
intellectus fm lumē ꝓpriū nihil aspiciendo ad ꝓtes in/
feriores iudicaret deficeret 7 discrederet 7 peccaret. Et
ꝓpter h̄ est alius modus dicēdi hz q duplex est genus pec
cati. qdā ēm sūt pcā carnalia. qdā spūalia. Si loqua/
mur de pctis carnalibus. sic fatendū est q non ꝓtingit eē
pctm in supiori pte rōnis absq inferiori. Si aūt de pec
catis spūalibus fiat sermo. tūc ꝓcedendū est q pctm hz
fieri 7 cē (licz nō semp fiat) in supiori pte rōnis fm se. et
rōnes q̄ h̄ oñdūt sūt ꝓcedēde. 7 p hoc pz rnsio ad illō q
ꝓmo obr in ꝓtrariū. Nā aug. in ꝓposita auctoritate lo
57 quit de ꝓgressu in ꝓpetrationē pctoz carnaliū. ¶ Ad il
lud qō obr q intellectus semp est rectus. dōm q verbū
pbi intelligendū est in his ad q̄ mouet potētia itellecti/
ua p modū nature. in his ꝓ ad q̄ mouet p modū delibe
58 rationis nō hz veritatē. vñ idē vocat ipe fm veritatē in
tellectū q nos vocamus sciētiam naturalē. ¶ Ad il/
lud qō obr q pctm est p ꝓuersionē ad bonū cōmutabile
rnderi pōt dupliciter. Primo q nō solū est pctm qñ fit
ꝓuersio ad illud qō fm veritatē est bonū cōmutabile. sz
etiā qñ fit ꝓuersio ad illud qō est bonū incōmutabile 7
appetitur vt cōmutabile. Aliter pōt dici q supior por/
tio 7 si differat ab inferiori in hoc q ipa couertit ad su/
perna. nihilominꝰ tñ hz ꝓuerti ad inferiora ꝓut dispo
nit 7 regit inferiores potētias. 7 sic pōt deordinari ma/
59 le eas regēdo. sive frena laxādo. sive suo impio incursū
nis. dōm q iste ē actꝰ nobilissimus supiorис ptis. sz nō
semp hunc actū exercet. imo etiā intēdit sibi 7 ad se con
uertitur. 7 sic pōt nimis ad se ꝓuerti. ac p h̄ a deo auerti
60 et deuiare a legibꝰ eōnis. ¶ Ad illud qō obiicit q sensua
litas ad bonū inclinat. vt nūc. dōm q sensualitas non
semp mouet inordinate. 7 ꝓteres esto q semp inodina/
te moueret. nō tñ ex h̄ ꝓcludit q supior portio rōis sem
per ordinate moueat. alia ēm vis assignat fm quā sem
61 per ordinate mouet. vtpote synderisis q est scintilla cō/
scientie. ¶ Ad illud qō obr q supior portio rōnis dr in/
62 uertit. dōm q hoc nō est verū in q̄tū actu cō
uertit. sed in q̄tum est nata ꝓuerti. Preterea inordina
te ꝓuerti potius est auerti q̄ cōuerti. Cū aūt dr q ꝓuer
sio ad deū purgat. illuminat. 7 ꝓficit. hoc intelligit de or
dinata ꝓuersione quā nō est semp necessarium inuenire
in actione superioris portionis.

¶ Questio III b

¶ Utrum in supiori portione rationis possit esse veniale
peccatū Et q sic videt. q: contingit circa aliquē articu
lū fidei ex surreptione dubitare. Et constat ibi esse pec
catum cū sit motus ad illicitum. Constat etiā esse in su
periori parte. cū sit circa articulos fidei respectu eter/
noꝝ. Cōstat etiā esse veniale. cū sit ex surreptione. g̃ 7c
Item tunc peccat superior portio rōnis. 7 vir cōfidit
quādo est plenus ꝓsensus. 7 prebent arma iniquitatis
peccato. sed cōtingit aliquē plene consentire in verbuz
ociosū 7 mendacium iocosum. 7 hec nō sunt nisi pecca/
ta venialia. g̃ 7c. ¶ Item superior portio rōnis est cor/
rapta sicut 7 inferior. cum originale omnes vires aīme
inficiat 7 debiliter. g̃ si pctm̄ veniale potest esse in alijs
viribus q̄ subsūt li. ar. ꝓpter corruptionem quā accipit
ex originali. eadem rōne in parte inferiori. ¶ Item con
tingit q aliquis in cōuertendo se ad deum per amorez
est negligens. sed non magis tenetur homo ad hoc mā
datum q̄ ad alia. g̃ si negligentia in aliorum mandato
rum obseruatione est venialis. g̃ et negligentia in amā
do deū est venialis. sed hoc est in superiori parte rōnis
g̃ 7c. Sed ꝓtra. Aug. 7 magister in littera recitat quā/
do supior ps rōnis cōsentit illecebre tūc est peccatū dā/
nabile. g̃ videt q quādocūq peccatum superiorem par
tem attingit statim fit mortale. ¶ Item penes superio
rem partem rōnis residet regula directionis in toto re
gno anime. sed facta obliquatione in regula iam nō re/
manet aliqua rectitudo nec species rectitudinis. igit
cum superior portio rōnis peccat. deordinat tota ani/
ma. g̃ si plena deordinatio nō est absq mortali peccato
videt 7c. ¶ Item nulla creatura est excellentior anima q̄
tum ad superiorem portionem. sicut aug. in multis lo/
cis innuit et dicit expresse. sed angelus ꝓpter suam di/
gnitatem non pōt peccare nisi mortaliter. g̃ videt pari
ratione q nec pctm̄ veniale possit esse in supiori parte.
¶ Item nihil est adeo veniale qđ nō fiat pctm̄ mortale
dum placet. sed cōplacentia tunc vere dicit. quādo su
perior pars rōnis ad culpā incurvat. hoc aūt est cū ipa
peccat. g̃ nō videtur q aliquod peccatū possit in ea esse
q̄n sit mortale. ¶ Rō. ad predictorum intelligentiā est 63
notandū q aliqui dicere voluerunt q in superiori por/
tione rōnis 1. 3 potest esse nisi mortale pctm̄. 7 hoc ꝓ/
pter elongationē sui a carne 7 a sensualitate in qua con
sistit initiū suggestionis male. 7 ex cuius ꝓximitate ha
bet esse peccatum veniale fm statum nature lapse. 7 hi
dixerunt q cum sint tres gradus in potentijs anime
correspōdentes serpenti. mulieri. et viro. videlicet sen
sualitas. portio inferior. 7 superior. Sensualitatis est
tantum peccare venialiter. superioris partis tantum
mortaliter. inferioris partis vtroq modo. Cum enim
sit media inter vtramq naturam sapit vtriusq. Sed
quia planum est in superiori portione rationis posse
esse aliquo modo motus inordinatos ex surreptione.
planum est etiam in ea esse corruptionem aliquam ex
originali contractione. ideo alijs videtur probabilius
et melius q peccatum veniale in ratione superiori ha/
beat esse. vnde concedende sunt rationes hoc ostenden
tes. ¶ Ad illud ergo quod obijcitur quando superior 64
pars rationis comedit damnabile est et mortale pecca
tum. dicendū q illud intelligitur de pleno consensu. et
hoc respectu illius peccati cuius actus est in ꝓhibitio/
ne. sicut est de peccato fornicationis. ¶ Ad illud quod 65
obijcit q penes superiorē partem residet regula dire/
ctionis. dōm q regula directionis non tollitur p qua/
lecunq peccatum. sed per illud quod inducit diuinum
contemptum et auersionem a deo. hoc autem non est

in quolibet peccato superioris partis · vtpote in illo
66 qō ex surreptione cōmittit. Ad illud qō obī q; nulla
creatura sit supior aīa ꝑm mentē · dōm q; et si nulla sit su
perior ꝑm ordinē efficiētis ⁊ finis · est tn aliqua maioris
dignitatis ⁊ excellentioris nature · ⁊ ꝓpter hoc minorē
habet excusationē · Preterea nulla natura rōalis in sta
tu innocētie pōt peccare venialiter vt supꝫ ostensū est ·
nulla aūt natura rōnalis lapsa dē culpa potest cōsequi
67 veniā nisi hō ꝓpter fragilitatem carnis · ⁊ ideo nō valet
illud qō obīcit de angelo. Ad illud qō vltimo obīcit
q; cōplacentia facit dē veniali mortale · dōm q; cōpla
centia nō dicit ibi q̄cūq; inclinationē · sed plenū cōsen
sū ⁊ dēliberatū cū quadā plena quietatione · ⁊ ita ex hoc
nō ꝯcludit q; oīs dēordinatio superioris partis cadat
in genus peccati mortalis.

QUarta scōm principale scz quo querit quomo
do pcm̄ habeat fieri ⁊ esse in inferiori pte rōis
duo querunt · Primo vtrū aliqō pcm̄ ha
beat esse in inferiori pte absq; sensualitate.
Scōo querit vtrū pcm̄ mortale possit esse in ea pte ra
tionis · superiori nō peccante.

Questio I i

CIrca quā sic ꝓcedit · ⁊ ostendit q; nullū peccatū possit
esse in inferiori pte rōnis absq; sensualitate · ꝓmo q; au
ctoritatē Aug · Otra manich · vbi sic ait · In vno q̄q; no
strū nihil agit nūc cū ad pcm̄ q̄sq; dilabit · q; tūc actū
est in illis tribus · serpēte · muliere · ⁊ viro · g; si pcm̄ illō
incepit a serpēte · ⁊ sensualitas ē serpēs vt ipe dicit · oē
pcm̄ icipit a sensualitate. Itē sicut oēm ꝯsensū ꝓcedit
dēlectatio · ita oēm dēlectationē ꝓcedit aliq; suggestio ·
sz nullū pcm̄ rōnis est absq; aliqua dēlectatione · ergo
nec dēlectatio sine suggestione · suggestio aūt nō est nisi
ptis sensualis vel serpētis · g; nullū pcm̄ est in inferio
ri pte rōnis qō nō icipiat a sensualitate. Itē inferior rō
nō peccat nisi q; appetit bonū vt nūc · sed vis q; appetit
1 bonū vt nūc est sensualitas · g; nō peccat nisi ꝓcuia sen
sualitate. Itē nihil est in intellectu qō ꝓius nō fuerit
in sensu · g; pari rōne nihil est in rōne qō ꝓius nō fuerit
in sensualitate · g; si ratio dēordinat · necesse fuit sensua
litatē ꝓius dēordinari. Itē oīa peccata actualia ortū
hn̄t a pcō originali · ⁊ potissime a ꝯcupiscētia q; ex ori
ginali peccato nobis inoleuit · sz tā originale pcm̄ q̄z
ꝯcupiscētia inest aīe ex ꝯiunctione sui ad carnē · vis au
tē ꝑm quā aīa ꝯiungit carni est ipa sensualitas · g; omne
peccatū aīe incipit a sensualitate · igit absq; ea i inferio
ri pte rōnis pcm̄ non pōt fieri · Sed Otra · magis ē cō
iuncta superior portio inferiori q̄z ipsa inferior portio
sensualitati · cū rō superior inferior spectet ad eandem
potentiā ⁊ naturā · si g; pcm̄ pōt fieri in superiori par
te rōnis absq; inferiori sicut supra pbatū ē · videt mul
to fortius q; possit fieri in inferiori absq; sensualitate.
Itē possibile est inferiorem partē rōnis peccare pecca
to spūali · appetēdo aliqō spūale bonū · sed sensualitas
nō appetit nisi bonū sensuale · g; pōt peccare inferior por
tio absq; sensualitate. Item q̄cūq; potest virtus infe
rior · potest virtꝰ superior · g; si sensualitas pōt dē se mo
ueri inordinate ad aliqō appetibile sine viribus superi
bus · multo fortius superior potētia · vtpote rōnis pars i
ferior · inordinate moueri pōt absq; sensualitate. Itē
in diabolo nō est sensualitas · cū nō habeat cōiungi cuz
carne · sz ꝯstat q; ipe hz peccare nō solū in deū · sed etiam
in hominē · si g; pcm̄ in creaturā attendit ꝑm aspectum
rōnis quē vocamus inferiorē ptem rōnis · vī q; absq; se
sualitate ꝯtingat illā portionē peccare. Itē queritur

iurta hoc q̄d est inferiorē portionē rōnis comedere · et
qñ dēlectatio trāsit a sensualitate in rōnem. Si tu di
cas q; hoc est qñ rō auertit ⁊ ꝓcipit se dēlectari · tunc du
plex est incōueniēs · Unū sz q; frequēter hō consumat
pcm̄ ⁊ nihil cogitat nisi de appetibili · nec aduertit se dē
lectari vel tristari · ⁊ ita videt q; aliquis possit peccare
mortaliter · ita q; inferior portio nō comedat. Aliud eti
am incōueniēs ꝯcludit · q; cū ꝓcipere dēlectationē non
sit malū · nec pcī augmētatiuū · iā videt q; ꝓceptio rōis
post suggestionē sensualitatis culpā nō aggrauat · qō 68
plane ⁊ manifeste falsū nemo esse dubitat. Rō · ad p̄
dictoꝝ intelligentiā est notandū q; sicut innuit mgr in
fine huiꝰ di · sensualitas dupliciter pōt accipi · Aliquā
do accipit ꝓvi q̄ appetit bonū vt nūc · ⁊ hec nō est solū
modo in ꝓte sensuali · imo etiā in rōnali · ⁊ sine motu sē
sualitatis hoc modo dicte nunq̄ ꝯtingit pcm̄ esse in i
ferioꝝ pte rōnis · semp em̄ cū peccat · bonū vt nūc ꝓpo
tat · Alio modo ꝺr sensualitas vis aīe sensualis q̄ inre
ditur in corpis sensus · sicut habitū ē supꝫ · ⁊ sine hac con
tingit esse pcm̄ in inferiori pte q̄tū ad pctā spūalia · q̄
tū aūt ad carnalia vix aut nūq̄. In carnalibꝰ aūt corru
ptio venit ex feditate carnis ⁊ ꝯcupiscētia partis sen
sualis · ⁊ ita in eis peccatū incipit a serpēte siue a sēsua
litate ⁊ quenit ad mulierē. Tūc aūt dicit esse in sensua
litate q̄n quis ex apꝓhensione dēlectabilis oblectat ꝫ
clinat ante aduersionē ⁊ ꝓceptionē sue dēlectationis · h̄
em̄ ex surreptione est · nec ꝺr ratio aliquo modo ꝓter
illā dēlectationē de vetito cibo gustasse · sed tūc ratio co
medit ⁊ pcm̄ in ea esse incipit q̄n post dēlectationis ad
uersionē ⁊ ꝓceptionē sensualitati dēlectāti cōdelectat
et in dēlectatione ꝑsistit · ex tūc em̄ sz post dēlectationis
aduersionē rō comedere ꝺr · ⁊ pcm̄ trāsire a sensualita
te in ipam · q̄m ⁊ si iudicare de dēlectabili ⁊ in eo dēlecta
ri hoc sit partis sensualis · percipere tamē ipsam dele
ctationē interiorem hoc est partis rationalis. Et ideo
ratio comedere dicit si post talē perceptionem parti sē
suali cōdelectet · Sic igit cōcedo q; aliquo genere pecca
ti peccare pōt inferior portio rōnis absq; suggestione
sensualitatis · sicut rōnes ad scōaz partē adducte oñdūt
Aliquo vero gne pcī vix aut nūq̄ peccat · vtpote car
nalis nisi motus sensualitatis ꝓcedat ⁊ trahat · ⁊ q̄tuz
ad hoc pcī genus loq̄tur aug · Otra manich · ⁊ p hoc pz
rūsio ad primū qō obī in Otrariū. Ad illud qō obīcit 69
q; oēm dēlectationē ꝓcedit suggestio · dōz q; si suggestio
large accipitur ad omnē apꝓhensionē boni vt nunc
sub ratione appetibilis · sic verū est q; precedat omnē dē
lectationem · Si vero accipiat stricte ꝓ illo motu ser
pentino partis sensualis · sic nō haberet veritatem in om
nibus pcīs · sz solū in pcīs carnis · ⁊ p hoc pz rūsio ad
seqns · quo ꝺr q; sensualitas est appetitiua boni vt nūc
ibi em̄ accipit sensualitas large · ⁊ sicut ꝓostensuz est
absq; ea nō pōt esse pcm̄ in inferiori portione rationis
q̄uis esse possit absq; sensualitate dicta ꝓprie · saltem
peccatum spirituale. Ad illud qō obīcit q; nihil est 70
in intellectu qō ꝓius non fuerit in sensu · dōm q; verū
est vel in se vel in suo simili · multa tn̄ fingit hō q̄ nūq̄ vi
dit multa etiā postq̄ vidit cogitat · ita q; illa cogitatio
nō excitat a potentia sensitiua mouētē · ita etiā intelligi
pōt dē ratione ⁊ sensualitate. Ad illud qō obīcit q; 71
omnia pcta hn̄t ortū ab originali ꝯcupiscētia · dōm q;
si oīe pcm̄ quodāmodo ex originali ortū habeat · ⁊ ori
ginale ex carne · nō tn̄ oportet oīe pcm̄ tanq̄ ex pri
mo mouēte ortū habere ex carne vel ex sensualitate · ꝓ
eo q; pcm̄ originale nō tm̄ inficit partem sensualem et

corrūpit. verū ꝺcupiscētia resꝑsa est in oībus viribꝰ
anime. ⁊ ideo siue sensualitas sit ꝑambula siue nō. om/
nia mala nostra dicunt venire ex ꝺcupiscētia.

Utrū pars inferior possit peccare mortaliter absq; su/
periori. ⁊ ꝙ sicut Aug. dicit ⁊ habet i lra. Si pctm̄ diu
cogitatiōe ꝺlectatiōis teneat. ⁊ si volūtas ꝓficiēdi ꝺsit
mortale est. Sed tūc vir nō ꝺt comedere nisi qñ adest vo
lūtas ꝓficiēdi. ꝯ sola muliere comedēte ꝺtingit peccare
mortaliter. Itē Aug. dicit ⁊ hētur i lra. ibi. nec sane tē.
ꝙ si sola mulier comedit. totus hō dānatur. sz hoc nō ē
nisi ꝙ pctm̄ mortale. ꝯ sola muliere comedēte contingit
peccare mortaliter. Itē superior portio rōnis dicit in
cōmittere. ita ꝙ nō cogitemus ꝺ legibꝰ et nis. ꝯ contin
git aliquē peccare mortaliter solo actu inferioris partis
nihil faciente actu superioris. Itē frequēter offendit
quis primū nihil cogitans de offensa ꝺi. sed inferior
portio est ꝑm quā ordinamur ad ꝺm. ꝯ ꝺtingit peccare
mortaliter ex actu inferioris ꝑtis sine actu superioris.
Itē magis ꝓna ē ad pctm̄ inferior portio q̄z superior.
cū ex cōiunctione ad sensualitatē mollior sit. ⁊ ꝺb̄ mu
lier nūcupet. ꝯ si supior portio rōnis pōt peccare per se
ipam. multo fortius videt ꝙ inferior. Sed ℣. Aug. rū.
de tri. ⁊ habet in lra. ibi. nec sane tē. dicit ꝙ cū mens so
la cogitatione oblectat. de talibꝰ cogitationibꝰ venia
petenda est. pectusq; ꝑcutiendū. ⁊ ꝺōm. Dimitte no. de
bita tē. sed talis ē ꝑnia venialiū. ꝯ q̄z diu mulier come/
dit absq; viro peccatū est solū veniale Item impossibile
est inferiorē portionē dānari absq; supiori. sz superior
portio nūq̄z dānat sine culpa. ꝯ impossibile est inferiorez
portionē absq; supiori peccare mortaliter. Jem impossi/
bile est esse pctm̄ mortale sine ꝺsensu. sz ꝺsensus residet
penes iudicē arbitrum ꝑncipalē. Nic aūt est superior
portio rationis sicut dicit Augꝰ. ⁊ habet in lra. ꝯ tē.
Itē impossibile est aliquē peccare mortaliter sine auer/
sione. sed eꝰ est auerti cuiꝰ est cōuerti. hoc aūt est supio
ris partis. ꝯ inferiorē portionē absq; supiori impossibile
est peccare mortaliter. Itē nūq̄z meretur aliqs in cogi/
ratione boni nisi ꝙponat illud facere vel cōplere si pos
sit. ꝯ similiter nunq̄z aliquis demeret de merito morta/
lis peccati in cogitatione mali nisi ꝙponat illud ꝑfice/
re si possit. ℔ aūt non est sine superiori portione rationis
ꝯ tē. Itē qñ aliqꝺ peccatū est veniale. cōsentire in illō
nō facit pctm̄ mortale. sed delectatio carnalis circa cō/
sensū est veniale. ꝯ ꝺsentire in ꝺlectationē ita ꝙ nō con
sentiat in opus nō erit mortale. si ꝯ cōsensus in opus ē
supioris partis. sicut dicit Aug. nunq̄z est pctm̄ morta
le in inferiori ꝑte absq; supiori. Q aūt ꝺsensus i venia/
le nō faciat mortale ꝓbat ꝙ hoc ꝙ ꝺsensus in verbū ocio
sum ⁊ mendaciū iocosū nō est mortalis sz venialis. Si
aūt tu dicas ꝙ nō est simile. q ꝺlectatio carnalis vis ē
ad mortale pctm̄. Tunc ego q̄ro quare potiꝰ cōsensus
in ꝺlectationē attribuit inferiori parti q̄z supiori. ⁊ q̄re
ꝺsensus in opus potius appropriat superiori. Cū em̄
inferioris partis ita bñ sit regere mēbra sicut ⁊ affectio
nes ⁊ alia. vī ꝙ ita bene sit in ꝑtate inferioris ꝑtis ꝓbe/
re arma iniq̄tatis peccato. sicut etiā in ꝺlectationē cō/
sentire. Ideo est q̄stio que differentia sit inter peccare ⁊
comedere. ⁊ vtrū comedere sit idē qꝺ cōsentire. ⁊ qñ di/
catur mulier comedere. ⁊ qñ vir. ⁊ qñ mulier comeden/
do peccet mortaliter. ⁊ qñ venialiter. Nō em̄ vī illud
verbū aug. de comestione viri esse generaliter verū. q:
tunc comedit vir qñ ꝓbet arma iniq̄tatis pctō. Mul/
ta em̄ sunt pctā q̄ cōsummant in sola cogitatiōe iniqua
et tūc comedit. ⁊ nulla mēbra corꝑis ꝓbētur arma iniq̄/
tatis. cū illud pctm̄ nō habeat exerceri ꝑ mēbra corꝑis.
Rō. ad ꝓdictoꝝ intelligētiam est notandū ꝙ ⁊ si possibi 72
le sit mulierē comedere sine viro. nō tñ est possibile mu/
lierē peccare mortaliter sine viro. siue inferiorē portio/
nē absq; supiore. ⁊ hoc patz sic. Aliud em̄ est peccatū 73
mortale cōmittere. aliud cibū veritū ꝺgustare. Pecca/
tū em̄ mortale dicit ꝺ ordinationē a ꝺo. q̄ est cū ꝺsensu
et ꝺceptu. inordinatio aūt talis est ꝑ ꝺceptum. ⁊ hoc ē
supioris ꝑtis. eiꝰ em̄ est auerti cuiꝰ est ꝺuerti. cōsentire
aūt ad illā potētiā ſpectat apud quā resident iudiciaria
ptās ⁊ regimīs auctoritas. hec aūt est supior portio ra
tionis. ⁊ ideo ꝑ possibile ē aliqꝺ pctm̄ esse mortale i no/
bis qꝺ supiori portioni nō imputet. ⁊ in quo ipa nō de
ordinetur ꝓpter naturā pctī mortalis. q̄ exigit ibi eē ⁊ cō
cēptū auersionis. ⁊ consensū ꝺliberationis. q̄z vtrūq̄z
est supioris ꝑtis. Est etiā rō ex istarū potētiarū cōnexio
ne. qm̄ inter supiorem portionē ⁊ inferiorē lex cōiugū ē
et ideo vna tenet alterā regere ⁊ reꝑmere. Nō sic autē
est inter sensualitatē ⁊ inferiorē portionē. et ꝓpter hoc
cū inferior portio deordinat. negligēti viri q̄ debuit eā
reꝑmere imputat. ⁊ ꝓiter cū illa culpabilis iudicat. sic
igit ꝑz ꝙ impossibile est inferiorē portionē rōnis absq;
supiori peccare mortaliter. possibile tñ est vnā earū abs
q; alterā comedere. ⁊ ꝺ q̄ comestio dicit cōuersionē ad
ꝺlectationē a sensualitate oblatā. q̄z actū inferioris por
tionis. ita tñ ꝙ nō ꝺuertit ꝑm actū supioris. ⁊ ita ꝺtin/
git comedere mulierē viro nō ꝺgustāte. Et ꝺb̄ ꝑz si attē/
damus ꝓgressus tēptationis ⁊ ꝺlectatiōis. Primo 74
em̄ delectabile offert siue ꝓcipit. Scō vero ꝺlectatio
aduertit. Tertio ꝺo in id ad qꝺ trahit ꝺlectatio cōsen
titur. vel dissentit. Delectabile ꝓpere est sensualitaꝭ
delectationē aduertere. delectationē aduertere. ē infe/
rioris ꝑtis rōnis q̄ interiores motus ⁊ affectus ḥz dīju
dicare ⁊ cognoscere. hoc aūt nō est possibile sensitiue.
Diffinire aūt an hoc sit āplectendū vl respuendū. hoc
est superioris partis in qua residet auctoritas iudica/
re potestatis. Contingit igit ꝺlectari ad apꝓhensionē
ꝺlectabilis añ aduersionē ꝺlectationis. ⁊ hoc est sen/
sualitatis. ⁊ absq; dubio est veniale peccatū. Contin/
git iterū ꝺlectari post apꝓhensionē ꝺlectabilis a per/
ceptionem ꝺlectationis in plenum cōsensum deliber a
tionis. ⁊ hoc est inferioris partis. ⁊ aliqñ mortale. ali/
quādo veniale. ⁊ tūc dicit comedere sola mulier. Cōtin
git iterū tertio ꝺlectari post apꝓhensionē ꝺlectabilis
et aduersionem ꝺlectationis. ⁊ post plenū assensū ꝺli
berationis. ⁊ tūc dicit comedere vir. ⁊ tunc est mortale
peccatum. q̄z actus sūt in reꝓbationē ꝓpter plenum
cōsensum ⁊ deordinationē. Un cū tēptatio incboet a se/
sualitate. planū est esse veniale. Cū consumat in supe/
riori parte rōnis. planū est esse mortale. Cū vero sola
mulier comedit potest esse mortale ⁊ veniale. ⁊ ideo du
biū est discernere qñ sit mortale vel veniale. Potest tñ
discerni hoc modo. q: cū percipit ꝺlectatio. aut statim 75
repellitur. aut retinet. Si statim repellitur. tunc leue ē
peccatū. Si vero tenetur. hoc pōt esse tripliciter. Aut
q: placet ipa ꝺlectatio ⁊ operis consumatio. ita ꝙ est
volūtas ꝺlectandi in cogitatione ⁊ etiā in opere si fa/
cultas adesset. ⁊ tunc est ibi plenus cōsensus ⁊ peccatū
mortale. sic cōcurrēte viri ⁊ mulieris comestione. Aut
placz ꝺlectatio. sz tñ displicz pctī ꝺsumatio. ⁊ tūc ē ꝺse
sus semiplen. ⁊ tūc ꝺt mādūcare mulier. nihilominus
tñ peccat mortaliter cum in illam cōsentit ꝺlectationē

Liber Secundus

Aut vtrūcz displicet. s. ipsa interior delectatō. z opis cōsummatio. z tūc aut aduertit periculū. aut nō aduertit. Si non aduertit periculū delectationis nec repellit eam. peccat. sed nec mortaliter. grauius tñ peccat q̄z si statim z viriliter repulisset. Aut aduertit periculū. z delectationē illam non repellit. sz mentē in talibus cogitationibus reuolui sinit. z tunc dicūt mḡri q̄ peccat mortaliter. qz q̄zuis non sit ibi consensus verus. est tñ ibi cōsensus interp̄tatiuꝰ. z comedit sola mulier. nihilominus tñ pctm̄ illud imputatur viro. qz cum eam compescere debuisset z teneret. nō tñ cōpescuit. Hoc tñ qō nunc vltimo dictū est. non est vsqz quaqz certū. Negāt enim alicꝫ esse mortale in negligentia reprimendi vbi ē displicētia q̄z tumcūqz q̄s periculū aduertat. sz tñ securior via renenda est. quicq̄d sit rei veritas. Et si cui hꝫ contingat. sanū est cōsilium q̄ de ipso vt de mortali peniteat. in dubijs em̄ securior via eligenda est. Et nota q̄ non de quacunqz delectatione loq̄mur. vtpote de illa qua quis delectat cogitando de pulcritudine mulieris. sz de illa q̄ surgit ex cogitatione illiꝰ opis nephariꝫ z sic ptz q̄ mulierē contingit comedere sine viro. p eo q̄ vir solū dicit comedere qñ plenꝰ consensus adest. et tunc dicunt arma iniq̄tatis p̄beri pctō. qz totꝰ hō ibi ad pctm̄ incuruat siue sit pctm̄ carnis siue spūs. Peccare aūt nō dicit mortaliter sine viro. qz non poterat esse pctm̄ sine viri consensu vero vel interp̄retatiuo. Lōcedende sunt igit rōes oñdentes q̄ inferior portio absqz superiori nō p̄t peccare mortaliter. licet due vltie nō cogant. Ille em̄ ostendunt q̄ mulier nō p̄t comedere sine viro. p hoc q̄ consensuz in delectationē dicunt nō esse pctm̄. qō absqz dubiū falsum est. fm q̄ dicit Aug.
76 in lra. Nec valz qō obr̄ de cōsensu in mēdaciū. vl̄ de cōsensu in verbū ociosum. Primū non valet. qz plura requirunt ad bonū cōsummādū q̄z ad malū ꝑpetrandum vnius em̄ circūstantie defectꝰ oratione deformat. Secundū nō valet. qz nullū ibi est periculū in delectatiōe venialis. ibi aūt est periculū. cum delectatio via est ad
77 mortale pctm̄. Ad illud vero q̄ vltimo q̄rebat iam pz rñsio ex p̄dictis. vicz. q̄ dr̄ia est inter comestionē z culpe mortalis cōmissionē. Patz etiā qñ vir dicit comedere. z qñ mulier. Ptz etiā qñ mulier in comedendo peccat mortaliter. z qñ venialit. Ptz etiam quare consensus in delectationē attribuit mulieri. z cōsensus in opꝰ viro. qz consensus in opis ꝑpetratione est plenariꝰ cōsensus. Consensus vero in delectationē absqz opere cōsensus semiplenꝰ. Si aūt pctm̄ cōsisteret i sola delectatione. tunc cōsensus in delectationē posset esse plenarius consensus. z tūc nō tm̄ esset supioris ptis. sz etiā inferioris. vnde nō tm̄ dr̄ vir cōsentire qz vir mouet exteriora membra. sz qz mouet voluntate plenaria. z hāc circumloquitur Aug. in eo q̄ dicit virum comedere cum
78 arma iniquitatis petō p̄bet. Ad rationes autez q̄ adducunt ad oppositū quib oñdit q̄ comedens mulier sine viro mortaliter peccare p̄t plana est rñsio. Nā prime due aūctes loquuntur de comestione non de culpe
79 cōmissione. Ad illud vero qō obr̄ tercio q̄ supior portio rōnis hz cōuerti ad supiora. dōm q̄ nō est solū actꝰ eiꝰ ad supna. sz etiā actꝰ eiꝰ ē discerneret z sētētiare ō his q̄ fiunt i regno aīe. z cōpescere vires inferiores. z iō cū
80 nō cōpescit imputat sibi. Ad duo sequētia sil̄r ptz responsio. Illis em̄ duabus rōnib oñdit q̄ pctm̄ p̄t ee in inferiori portione rōnis absqz superiori. qz negligētia cohibendi inferiorem p̄tē in sui motus inordinationez reddit ipsam culpabilē vt sepe dictū est.

Consequenter circa tertiū quō pctm̄ habeat fieri z esse in sensualitate duo q̄runt. Primo enīz q̄rit vtrū in sensualitate possit esse pctm̄ veniale. Scdo q̄rit vtrū in sensualitate possit esse mortale.

Questio I

Circa quam sic proceditur z ostenditur q̄ in sensualitate possit esse veniale peccatum. Primo per illud Aug. xij. de trini. quod recitat magister in littera. Si in motu sensuali tm̄ pctī illecebra teneat. veniale ē. Itē sup illud ꝑuer. xxv. Septies in die z. glo. p necessitatē carnis singulis diebus vel inuiti vl̄ volentes peccam⁹. Si g̃ peccam⁹ inuiti voluntate rōnali illud pctm̄ nō est in voluntate rōnali. sz solū in sensualitate. Itē rōne vī. motus ad illicitū ē inordinat⁹. z ita reprehensibilis z malus. sz primi mot⁹ sunt hmōi. g̃ primi motus sunt pctā. sz primi motus sunt in sensualitate. g̃ z. Item omne qō est ordinabile fm relationē iusticie. qñ inordinat hz in se culpā. sz sensualitas ordinabilis est fm relationē iusticie z cōtingit eaz ordinari in motibus suis. vī igit q̄ ipsa efficiat culpabilis. Contra. Aug. v. de ciui. dei. distinguit triplex genꝰ cause. Quedā est q̄ tm̄ facit. z hec est deus. Quedā q̄ tm̄ fit. vt natura. Quedā q̄ facit z fit vt arbi. libertas siue voluntas. In prima cā nō p̄t esse pctm̄ ꝑpter sui dignitatē. In scda vero potest esse pctm̄ ꝑpter sui artationē. cum igit sensualitaz sit potiꝰ moueri q̄z mouere. agi q̄z agere. vī q̄ in ea pctm̄ non possit esse. Itē in culpis differt re. vī q̄ in ea pctm̄ non possit esse. Itē in culpis differt mus a brutis. g̃ impossibile est in nobis esse pctm̄ fm illud qō cōicamꝰ cum brutis. hꝫ aūt est sensualitas. g̃ z. Item stulti z furiosi hūt vsum sensualitatis. z tñ i nullo suo actu peccant. g̃ pctm̄ nunqz ē in nobis ex ordinatione sensualitatis. g̃ nullū pctm̄ in sensualitate ponendū ē. Itē in ea sola potentia nata est esse culpa. fm quā hō capax est laude z vituperio. sz q̄z ad ptē sensualem hō nec est dignꝰ laude nec vituperio. g̃ fm illā nō p̄t esse culpa. Rō. ad huius intelligentiā notandū est q̄ cum q̄ritur. vtrū pctm̄ veniale possit esse in sensualitate. rñdet cōiter q̄ sensualitas p̄t dupl̄r cōsiderari. aut in se. aut ꝑut est ordinabilis a rōne z subrōne. Si in se consideret. hoc modo hz vsum in furiosis. z hꝫ mō dicit Aug. q̄ in ea cōicamus cū brutis. z sic nō p̄t i ea esse pctm̄ sicut rōnes ad scdam ptem ostendunt. Alio modo est loqui de sensualitate fm q̄ ipsa ordinabilis ē ad rōnem z subrōne. z hꝫ modo hz regulari fm regulaz iusticie. z sic qñ mouetur ad illicitū. ipsa eius deordinatio p̄t esse pctm̄. z sic cōiter tenetur q̄ z si in sensualitate fm se cōsiderata pctm̄ esse nō possit. p̄t tamē in ea ee pctm̄ vt est ad rōnem ordinata. z p hoc determinari p̄sit
argumenta ad vtranqz ptem inducta. Tamē adhuc restat questio qualiter in sensualitate p̄t esse pctm̄ z culpa. cum nullo modo ponat in ea esse virtus vl̄ gratia z ꝑterea pscrutari volentibus hanc q̄nem vltiꝰ ou. plerq; apparebit modꝰ dicendi. Fuerunt nanqz aliq̄ q̄ dixerunt q̄ etiā in sensualitate ordinata ad rōnem nō omnino ponendū est esse pctm̄ sed aliquo modo fm quid. Pctm̄ em̄ duo dicit. vicz actū z deordinationē circa actum. Et licet pctm̄ dicat esse in sensualitate rōe actus ꝑsbstrati. z rōne motꝰ. tm̄ ipsa deordinatio est in rōne q̄ minus cauta z sollicita fuit ꝑuidere ne talis motꝰ inordinatus in sensualitate insurgeret. vel etiā minus diligens est repmere. iō illa deordinatio pctōz venialiū pogens est repmere. z illa deordinatio pctōz venialiū ꝑpetratur in ipa rōe que sensualitatē negligenter regere. unde tenetur em̄ ei in veniale non in mortale. ꝑpter hꝫ q̄ tenetur rō sustentare ipm compescere ex lege coniugij. sicut tenetur rō su

perior inferiorē. Sed iste modꝰ dicēdi minꝰ sufficiens esse videtur. Primo qꝛ ꝑm hoc omnia peccata venialia potius essent ex amissione ꝯ ex inordinata inclinatiōe Scōo qꝛ quedā sunt venialia que ratio vitare nō pōt sicut dicit Aug. z ostendit. j. Tertio vero qꝛ ibi est de/ ordinatio vbi est z actꝰ qui deordinat. z ita si motus et actꝰ peccati in sensualitate ponit in ea dꝫ poni z inor/ 85 dinatio. Propterea ē alius modꝰ dicēdi qꝺ est loqui de peccato inc̄tum habz rationem culpe. z inc̄tū hz rati onem vicij. Inc̄tum hz rationem culpe sic opponitur gratie. z facit illum esse dignū vituperio. z hoc mō oīe pctm̄ est a li. ar. Alio modo ē cōsiderare peccatū inc̄/ tum tenet rationē vicij. z sic dicit inordinationē alicuꝰ potentie respectu actꝰ sibi debiti ꝑm suā naturalē insti tutionē. z qꝛ talis deordiatio hz esse in sensualitate. ita ponit in sensualitate esse peccatū. Per hanc aūt distin ctionē manifesta est qōis intentio z omniū obiectionū ꝓcedentiū solutio. Hoc aūt melius determinabitur in fra qñ agēt de subiecto virtutis z gratie. z de oppositio ne virtutis z culpe.

Questio II m

Utrum in sensualitate possit esse pctm̄ mortale Et qꝺ sic vr. sicut primꝰ motus hz esse in parte sensuali. ita etiā actus in quo est cōsummatio peccati. g̃ sicut ponitur in sensualitate esse pctm̄ veniale ꝓpter primū motū. ita ponendū est esse mortale propter actū cōsummatū. Itē in eodez in quo est dispositio natus est esse habitus. sz veniale disponit ad mortale. g̃ cum veniale possit esse in sensualitate vt oñsum est. vr z. Item iusticie origia li opponit culpa mortalis. sz illa originalis iusticia nō tm̄ fuit in adam ꝑm rationē sz etiā ꝑm gtem sensualē. qꝛ totus ordinatus erat. g̃ vr qꝺ mortalis culpa in sensua/ litate esse possit. cum opposita nata sint fieri circa idem Item sicut superior portio rationis se hz ad bonuz. ita sensualitas declinat ad malū. sz in superiori portōne rō nis potest esse mortale pctm̄ ex surreptione sic. s. osten sum est. g̃ econtra ex ꝑmo consensu z pctī perpetratōe mortale pctm̄ descendere poterit vsq; ad sensualitatē. vt sicut sensualitas cōicat veniale pctm̄ pti rōnis supi/ oris ita z superior pars cōicat mortale peccatum sensua litati. Sz. cōpletiū mortalis peccati inc̄tum hmōi est auersio a deo. sz solius rationis est a deo auerti. cuz eius solꝰ sit ad deū cōuerti. g̃ ex sola rōne ꝑt esse pctm̄ mortale. Itē solꝰ cōsensus facit mortale pctm̄. sz cōsensꝰ est solꝰ pt̄ rōnalis. g̃ z. Itez culpa mortalis z gra mu tuo se expellunt. ergo habent esse circa idē. sz gratia gra hz esse nisi in rōne. g̃ nec culpa mortalis. Itez si culpa mortalis esset in sensualitate. h̄ nō esset nisi qꝛ ꝑ ipsaz ꝑ petratur. g̃ qñ aliquis ꝓpetrat homicidiū ꝑ gladium z manū. peccatū homicidij erit in gladio z manu qꝺ si fal sum est dicere. absurdum est etiā dicere peccatū mortale esse in sensualitate. Rꝰ. dōm qꝺ mortale peccatuz nec 86
inc̄tū culpa nec inc̄tū virtū ponendū est ee in sensua/
litate. z rō huiꝰ ē qꝛ alic̄ vitiat pctm̄ mortale ꝯ pctm̄ ve
niale. Pctm̄ enim mortale viciat z deordinat deordia/
tione pfectā vt ita dicā. g̃ quidē consistit in auersione a
deo. z eius cōtemptu z deliberationis cōsensu. hec aūt
solius rōnis sunt. z tō mortale pctm̄ in sola rōne consi/
stit. deordinatio aūt venialis nō est deordinatio cōsum
mata sz inchoata. z qꝛ deordinatio inchoari hz in potē
tia inferiori. z cōsummari in superiori. hinc est qꝺ venia
le pctm̄ inc̄tum viciū ē in sensualitate repit̄. nō em̄ di/
recte opponit habitui virtutz sicut viciū mortalis pctī
sz solū ex quadā inclinatione z cōpatione ad terminuz
ad quē disponit Uiciositas aūt et deordinatio mortal̄
simplr excludit habitū ꝟtutis. z ꝓpterea oīe peccatū
mortale in rōne ponit z nullū in sensualitate. z cōceden
de sunt rōnes hoc ostendētes. Ad illō qō obr̄ primo qꝺ
actꝰ mortalis peccati ē in sensualitate. sicut primꝰ mo/ 87
tus. dōm qꝺ si contingat vtrūq; in sensualitate repiri
aliter tñ z alit̄. Nā ꝑmus motꝰ in sensualitate repit̄ ita
qꝺ ibi sumit originē. z potius est sensualitatz rōnē exci/
tantz ꝯ a rōne excitate z mote. actus aūt mortalis pec/
cati sic repitur in sensualitate qꝺ originē sumit ab impio
rōnis. z ē sensualitatis potꝰ mote ꝯ mouentis. Et qꝺ/
nā deordinatio z viciositas ibi ponit esse pctm̄ vbi su
mit originem. z vbi ē in ratōne actionis. nō in ratione
passiōis. hinc est qꝺ ex primo motu existente in sensua/
litate ponitur ibi esse peccatum veniale. ex actu autem
peccati per sensualitatē perpetrato non ponitur in ea
esse peccatū mortale. Ad illud qō obr̄ qꝺ dispositio et 88
habitus in eadem potentia habent fieri. dōm ē qꝺ verū
est de illa dispositione que ē eiusdem nature cum habi
tu. z de qua transit in habitum. sicut scientia dispositō
fit scientia habitus. de illa autem dispositione que est
alterius generis z disponit solū per quandam ordina
tionem veritatem nō habet. Actus enim vnius poten
tie potest esse dispositio ad eliciendū actum alteriꝰ po/
tentie. sicut cognitio ad affectionē. z sic in ꝓposito hz
esse. tō non valet. Ad illō qō obr̄ de iusticia originali 89
dōm qꝺ de originali iusticia dupliciter contingit loqui
aut inc̄tum dicit habitum quendam regulantez natu
ram in statu innocentie. aut inc̄tum dicit omniū viri/
um rectificationē plenariaz. Primo modo originalis
iusticia habet esse in sola ratōne. z sic opponit ei culpa
Scōo mō non solū hz esse in ratōne sed etiā in viribus
inferioribz. z sic nō solū hz auferri ꝑ culpam. sed etiam
per penam siue ꝑ aliqd qō aliquo modo habet rationē
culpe. aliquo modo ratōnē pene. z tale est veniale pec
catū. Ad illō qō obr̄ qꝺ sic se hz sensualitas ad illicituz 90
sic se habet ratio ad lumen. dōm qꝺ illa cōparatio non
valet. ꝓpterea qꝺ plꝰ ꝑt virtꝰ superioz ꝯ inferioz. nō z si su/
perior potētia possit iduere actū z dispōez inferiorz. z ne
gociari circa eiꝰ obiectū. ñ tñ sequit qꝺ possit ee cōuerso.

Distinctio. xxv. De libero arbitrio ꝑm se siue in generali.

Am vero ad ꝓpositum redeamus z. Su/
pra egit magister de li. arbi in compatione ad
alias potentias. hic ꝙo agit de li. ar. ꝑm se. Di
uiditur aūt ista ꝑs in duas ptes. In prima determinat
quid sit li. ar. in se siue in generali. In scōa ꝙo determi/
nat de libertate ar. ꝑm differētes eiꝰ statꝰ i spāli. ibi. Ex
pdictis ꝑspicuū z. Prīa habet duas pticulas. In qua
rū ꝑma magr̄ ponit li. ar. assignationez. In scōa ad pdi/
cte assignationis explanationē quandā mouet dubita
tionē. ibi. Et qdem ꝑm pdictā assignationē z. Prima
pars habet duas. In prima determinat quid sit li. ar.
In scōa ꝙo ex illa diffinitione elicit qꝺ li. ar. nō ē pñtū
nec ptēritoz. sz futuroz. z hoz nō qrūlibz sz futuroz cō
tingentiū. ibi. Hoc aūt sciendū est. qꝺ li. ar. z. Silr̄ se/
cunda ꝑs hz duas. In qrū prima mouet dubitationez
In scōa ꝙo determinat. ibi. Sed aliter accipit li. ar. z.

ſm diuersos statꝰ. In scda vero assignat diuersas dif/
ferentias libertatis. ibi. Est nāq̄ libertas arb. triplex.
In tertia vero breuiter epilogat ostendens quo gene/
re libertatis lib. ar. intelligi debeat. minuit per pecca/
tū. ibi. Ex predictis iam apparet in quo per peccatū ⁊c
Prima pars habet tres particulas. ¶ In prima deter
minat gradus libertatis. ¶ In secūda vero assignat sta
tus diuersos hominis in quibus libertas habet auge/
ri et diminui. ibi. Et possūt notari in homine quatuor
status ⁊c. ¶ In tertia vero determinat per quid minui
habet ar. libertas. ibi. Unde manifestum est q̄ p̄ter
alias penalitates ⁊c. Similiter secūda pars tres ha/
bet partes ſm triplicem libertatis differentiam. Pri/
mo enīz agit de libertate a coactione. Secūdo de liber
tate a culpa seu peccato. ibi. Est et alia libertas a pec/
cato. Tertio de libertate a miseria. ibi. Est iterum liber
tas a miseria ⁊c. Aliarum autem partium diuisiones
manifeste sunt in littera.

Determinat gradus libertatis arbitrij in homine ſm diuersos status siue tempora.

Ex predictis perspicuū fit q̄ maior fuit liber/
tas arbitrij prima q̄tū secunda. ⁊ tertia multo ma/
ior quā secunda vel prima. Prima enim liber/
tas arbitrij fuit in qua poterat peccare et nō pec
care. Ultima vero erit in qua poterit non pec/
care et non poterit peccare. media vero in qua
pōt peccare. et non potest nō peccare. ante repa
rationem etiam mortaliter. post reparationem
vero saltem venialiter.

Assignat quatuor status hominis in quibus libertas arbitrij habet augeri ⁊ minui.

Et possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrij. an̄ pctm̄ em̄ ad bonum nil impediebat. nil ad malū ipellebat. Nō habuit infirmitatē ad malū. ⁊ habuit adiutoriū ad bonū. Tūc sine errore rō iudicare. ⁊ volūtas sine difficultate bonū appetere poterat. Post pctm̄ vo an̄ reparationē gr̄e premit̄ a ꝯcupiscētia ⁊ vincit̄. ⁊ hz infirmitatē in malo. sz nō hz gr̄am in bono. ⁊ iō pōt peccare ⁊ nō pōt nō peccare etiā dānabiliter. Post reparationē vero ante confirmationē premitur a cōcupiscentia sed non vincit̄. ⁊ hz q̄dē infirmitatē ī malo. sz gr̄am in bono. vt possit peccare ꝓpter libertatem et infirmitatem. ⁊ possit nō peccare ad mortē ꝓpter libertatē ⁊ gr̄am adiuuātez nōdū hz posse oīno nō peccare vel nō posse peccare ꝓpter īfirmitatē nondū ꝑfecte absorptā. et ꝓpter gr̄am nōdum plene cōsummatā. Post cōfirmationē vero infirmitate penitus cōsūpta. et gr̄a cōsūmata. nec vinci poterit nec p̄mi. ⁊ tūc habebit nō posse peccare.

Determinat per q̄d minui habet arbitrij libertas. g

Unde manifestū est ꝙ p̄ter alias penalitates ꝓ pctō illo incurrit hō penā in corruptione ⁊ depssione liberi arbitrij. Per illud nāq; pctm̄ naturalia bona in ip̄o hoīe corrupta sunt. ⁊ gratuita detracta. Hic est em̄ ille q̄ a latronibus vulneratꝰ ē et spoliatus. Vulneratus quidē in naturalibꝰ bonis quibꝰ nō est priuatus. alioquin nō posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis q̄ ꝑ gr̄am naturalibꝰ addita fuerāt. Hec sūt data optima ⁊ dona ꝑfecta. Quoꝝ alia sūt corrupta ꝑ peccatuz id est naturalia. vt ingeniū. memoria. ītellectus Alia subtracta. i. g̃tuita. q̄q̄ ⁊ naturalia ex gratia sint. Ad generalē dei quippe gr̄az ꝑtinēt. Sepe tn̄ huiusmodi fit distinctio cū gratie vocabulū ad speciē nō ad genus refert̄.

a Corrupta est ergo libertas arbitrij per pctm̄ ⁊ ex ꝑte perdita Vn̄ Aug. in enche. libero arbitrio male vtens homo ⁊ se perdit et ipsū. Cum em̄ libero arbitrio peccaretur. victore peccato amissum est et liberū arbitrium. A quo em̄ quis deuictꝰ est. huic seruus addictꝰ est. Ecce liberum arbitriū dicit hominem amisisse. non qꝛ post peccatum non habuerit liberū arbitrium. sed quia libertatē arbitrij perdidit. nō quidem omnem. sed libertatem a miseria ⁊ a peccato.

a Corrupta est ergo lebertas arbitrij per peccatum et ex parte ꝑdita. Obijcitur. hoc est contra Bern̄. qui dicit in libro de liar. Nec miseria amittit̄. nec culpa minuitur. Item in eodē li. loquens de lib. ar. sui omīno diminutionē vl̄ defectum non patitur. Et iterum ip̄e ibidem dicit Aug⁹.

Agit de libertate arbitrij a coactione. h

b Est namq; libertas arbitrij triplex. scilicet a necessitate. a peccato. a miseria. A necessitate ⁊ ante peccatum ⁊ post eque liberum est arbitrium. Sicut em̄ tunc cogi non poterat. ita nec modo. Ideoq; voluntas merito apud deum iudicatur. que semper a necessitate libera est et nunq̄ cogi potest. vbi necessitas ibi non est libertas. vbi non est libertas. nec voluntas. et ideo nec merittum. hec libertas in omnibus est tam in malis q̄ in bonis.

Agit de libertate a peccato seu culpa. i

Est et alia libertas a peccato. scilicet de qua dicit apostolus. vbi spiritus dn̄i ibi libertas. Et veritas in euangelio. Si filius vos liberauerit. vere liberi eritis. Hec libertas a seruitute peccati liberat. et seruos iusticie facit. sicut econuerso seruitus peccati liberos iusticie facit. vnde apostolus. liberati a peccato serui facti estis iusticie Et item. Cum serui essetis peccati. liberi fuistis iusticie. Hanc libertatē peccando hō amisit. Ideoq; August. dicit ꝙ homo male vtens libero arbitrio. ⁊ se perdit ⁊ ipsum. quia perdita ē per peccatum libertas. non a necessitate sed a peccato. Qui enim facit peccatuz seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem. scz a peccato ⁊ ꝑ q̄d. k Istam libertatez que est a peccato illi soli nunc habent quos filios per gratiam liberat ⁊ reparat. non ita ꝙ penitus sint sine peccato in hac mortali carne. sed vt in eis peccatum non dominetur neq; regnet. Et hec est vera et bona libertas q̄ bonā parit seruitutē. s. iusticie.

Libertas li. ar. de ipso quo condita est statu aliquatenꝰ nō mutatur. sed equaliter q̄tum in se est a celis. et terris. et inferis. possidet̄. g̃ male assignat mgr̄ diuersos gradꝰ libertatis arbitrij Item si libertas arbi. potest per peccatum diminui. cum non sit infinita. aliquādo poterit amitti. ergo si impossibile est creaturam rationalem absq; libertate arb. esse impossibile est ip̄m per peccatuz diminui. Rꝰ. ad hoc. dicendū ꝙ est loqui de libertate arb. q̄tum ad esse et q̄tum ad bene esse. Si loquamur q̄tuz ad esse. sic liberū arbitri. non potest diminui per peccatum. Si loquamur quātum ad bene esse sic excludit malum duplex. videlicet culpe et pene. Et q̄tum ad hoc liber. arbi. potest diminui. ⁊ hec libertas per peccatū tolli potest sic ī damnatis q̄ necessario sūt subiecti malo culpe et pene. et per hoc patēt obiecta cōtra hoc. quia ꝓcedunt de libertate intelligendo q̄tū ad esse. 35 ij. Cor. iij Joh. viij Ro. vj Joh. viij

b Est nāq; liberū arbitriuz triplex. scz a necessitate. a peccato. a miseria. Videt̄ ꝙ ista diuisio sit suꝑflua.

Lum ẽm non sit nisi dupler malũ·scz culpe ⁊ pene·vi/
detur ꝙ nõ sit nisi dupler libertas·cũ ꝯ libertas dicat
ereptionem ab aliquo malo·videl ꝙ nõ debeat esse nisi
dupler libertaꝫ differẽtia·Itẽ cũ nõ sit tm̃ malũ culpe
et pene·sed etiam temptationis·videtur predicta di/
uisio esse dimi/
nuta que omit/
tit vnã differen/
tiam q̃ est liber/
tas arbi·a malo
tẽptationis·Si
tu dicas eã cõti/
neri sub liberta/
te ar·a miseria·
Cõtra·cũ Ber.
in li.de li.ar.di
uidit libertatem
ar.in li.arbi.et
consilũ ⁊ cõpla/
citi.qritur q̃ sit ĩ
ter has diuisio/
nes differẽtia·⁊
penes q̃d sumã/
36 tur barũ diuisio
num mẽbra.Rõ.
dõm ꝙ sicut ex
pcedentibus col
ligi potest arbi.
libertas·⁊ priua
tiue dicit⁊ posi
tiue.·Privatiue
dicit ꝙ operatio
nem ad illud re/
spectu cuius di/
citur libertas vt
a quo.·Positiue
per cõparationẽ
ad illud respe/
ctu cuiꝰ dicitur
37 libtas vt ad qõ
Libertas autez
opponitur serui
tuti.seruitus au
tem dupler est.
Rusio.fz videlicet seruitꝰ
ẽsdam. coactionis·⁊ ser
uitus subiectio/
nis. Seruitus
autẽ subiectiõis
põt esse sub du/
plici differentia
fm ꝙ dupler est
malũ·scz maluz
quod patimur·⁊ hoc est malum miserie·⁊ in hꝫ attendi
tur libertas a miseria. Et malum quod facimus·⁊ hoc
est malum culpe·⁊ in hoc attẽditur tertia libertatis dif
ferentia. Et sic patet ꝙ libertas fm ꝙ cõsideratur per
cõparationem ad illud a quo·libertas habet diuidi in
tres differentias·que sunt libertas a necessitate·a cul/
pa·⁊ a miseria. Si autem consideretur libertas p cõ/
parationem ad illud ad quod scz ad actum in quẽ exit.
hoc potest esse aut prout simpliciter cõsideratur respe/
ctu actus volendi·⁊ sic dicitur libertas arbi. Aut pro/
ut consideratur respectu actus volendi ad finem rels/
ti qui dicit vsus vel vti·⁊ sic attenditur libertas consti/
liꝫ. Aut respectu actus volendi quietati·qui quidẽ ꝺz
actus fruitionis·⁊ penes hunc attenditur libertas cõ/
placiti. Et sic patet sufficientia vtriusꝙ diuisionis·et
diuersi modi fmquos predicte diuisiones habent as/
signari. ¶ Pos/
sent tm̃ ad vnam
communem ra/
tionem diuiden
di reduci sic Est
enim considera/
re libertatem ar
bi·q̃tum ad es/
se·⁊ q̃tum ad be
ne esse·Si quã/
tum ad esse·sic
vocatur a ma/
gistro libertas a Rusio.fz
coactione·⁊ a ẽsdam.
Berñ·libertas
ar.ab vno posi/
tiue ab altero p/
uatiue. Si q̃/
tum ad bene esse
cum ad bene esse
ꝯcurrat duplex Job.viij.
bonum·videli/
cet bonum recti
ficans et bonuz
delectans·siue
bonum ordinãs
et bonum quie/
tans·⁊ per appo
situꝫ excludatur
dupler malum·
videlicet maluz
deformãs⁊ ma/
lum affligẽs sic
est dupler diffe/
rentia·quarum
vna sumitur re/
spectu boni diri
gentis·⁊ hec di/
citur libertas cõ
siliꝫ a Berñ.et a
magistro liber/
tas a culpa·
Alia vero sumi
tur respectu bo/
ni quietãtis·et
hec a Berñ.vo/
cat libertas cõ/
placiti·et a ma
gistro libertas a miseria. ¶ Idẽ enim ipm quod Berñ·
nominat positiue siue per comparationem ad termi/
num ad quem·magister nominat priuatiue siue per cõ
parationem ad terminum a quo. ¶ Et sic patet diuisio
num sufficientia·patet etiã responsio ad obiecta·Prec
enim malum culpe ⁊ pene est assignare differentiaz ter/
tiã libertatis arbi·q̃ nõ sumit respectu mali·vtpote il/
la q̃ attendit q̃tũ ad esse·⁊ malũ tẽptatiõis q̃dãmõ hz
reduci ad malũ culpe·q̃dãmõ ad malũ pene. Ad malũ
culpe iq̃tũ subintrat ireriꝰ·ad malũ vo pene iq̃tũ affli
git exteriꝰ·⁊ sic fac̃ q̃rtũ mẽbrũ ab illis tribꝰ diuersum

¶ Ũ Aug·in enchef·ait·Ad iu
sticiam faciẽdã nõ erit aliquis
liber nisi a peccato liberatꝰ·esse iusticie ceperit seruus·⁊ ipsa
est vera libertas ꝓpter recti fa
cti leticiã·simul⁊ pia seruitus
ꝓpter p̃cepti obedientiã· Est
alia libertas nõ vera·male ser/
uituti adiuncta que est ad ma
lũ faciẽdum·vbi ratio dissentit
a volũtate iudicãs nõ esse faciẽ
dũ qõ voluntas appetit· Ad bo
nũ vero faciendũ ꝓcordat ra/
tio voluntati·⁊ iõ ibi vera liber
tas ẽ⁊ pia·De libertate aũt ad
malũ⁊ seruitute mala ait Aug·
in enchef· Seruo addicto pec
cato q̃ potest esse libertas nisi
qñ eũ peccare delectat· Libe/
raliter em̃ seruit qui sui dñi vo
luntatẽ libẽter facit·ac per hoc
ad peccãdum liber est q̃ pecca
ti seruus est·

¶ Questio de libertate ad
malũ an sit ipsa libertas liberi
arbitrij. l
Hic queri potest vtrũ hec liber
tas qua ꝙs liber est ad malum
sit libertas arbitrij·Si em̃ liber
tas arbitrij est·bonũ quidẽ est·
q̃ libertas arbitrij bonũ natu
rale est· Quibusdã videt ꝙ sit
ipsa libertas arbitrij·q̃ semper
bona est· sed ꝓpter pcti serui/
tutẽ ad malũ fit liberioꝛ⁊ pni/
oꝛ⁊ iõ ꝺz nõ esse vera libertas
quia ad malum est·Aliꝭ aũt vi
det ꝙ hec libertas ad malum

quã supra cõmemorauit Aug·
nõ sit ipa libertas arbitrij·sz sit
quedã pronitas peccãdi⁊ cur/
uitas q̃ ex peccato est·⁊ mala ẽ

¶ Questio alia de libertate
ad bonũ·an ipsa sit libertas ar
bitrij an non· m
Similiter etiã queri solet vtrũ
illa libertas vera q̃ est ad iusti/
ciam faciẽdam sit ipsa libertas
arbitrij·Quidã dicunt illã ean
dẽ esse·sed repatam ꝓ gratiã·q̃
iuuãte liba ẽ ad bonũ·sine gra
ꝺo nõ ẽ libera ad bonũ·Unde
Aug·in Enche· Ista libertas
ad bene faciẽdum vñ erit homi
ni addicto·⁊ vẽdito sub pecca/
to nisi eũ redimat qui dicit·Si
filius vos libauerit·vere liberi
eritis·Quod anteq̃ fieri i ho/
mine icipiat·quomodo q̃lq̃ de
libero arbitrio gloriat̃ q̃ nõdũ
est liber ad operandum bene·
Ecce aperte oñdit liberũ arbi
triũ ꝓ gratiã adiuuari·vt per
illud bene operetur q̃s· Ideo
q̃ dicũt illã libertatẽ verã que
est ad bene faciẽdum·cuius su
pra meminit Augustinꝰ esse li
bertatem ipam arbitrij gra dei
adiutã·Alij vero putãt nõ esse
ipam arbitrij libertatẽ sed aliã
quandã q̃ ex gratia⁊ libero ar
bitrio in mẽte hois deo operã/
te incipit esse cũ repatus est·

¶ Certa determinatio vtriusq̃ q̃
stionis q̃ ꝺz libertas ad bonũ⁊
ad malũ eẽ libertas arbitrij· n

c Uerū nobis magis placet vt ipsa li·ar·sit ⁊ illa·q̄ ꝺs liber est ad malum·⁊ illa qua quis liber est ad bonum. ℔ videt esse ꝓtra Anſ·q̄ dic̄ q ptās peccādi nō ē libtas nec pars libertatis. Item videt etiā esse contra rationem · quia vnū quodq̄ debet denominari a suo optimo·⁊ libertas q̄ est ab omni miseria⁊ culpa. hec est ab omni miseria·g̃ li·ar·debet denominari ab illa. Itē si libertas ar·ꝺr nō solum q̄ est in bonū sed etiā q̄ potest in malū · cū in beatis nō possit in malum· videt q̄ equiuoce dicatur libertas arbitrij· in viatoribus et in beatis. Sed contra hoc est· quia comparatio fm maius et minus est respectu solius vniuoci · si ergo equiuoce diceretur lib · arbitrij in beatis et in nobis·non esset maior libertas in beatis q̄ in nobis · quod est contra magistrum in littera qui differenter gradus libertatis assignat · Propt̄ hoc est questio vtrum libertas a coactione· et culpa · ⁊ miseria dicantur equiuoce vel vniuoce · et cui primo nomen libertatis impo/
Ro·viij· natur Ro·dicendum q̄ cum
38 nomen imponatur rei a proprietate que est sibi ĩherēs inseparabiliter ēntialit̄ · ⁊ libertas ēntial' liberi arbitrij ñ sit

c Uerum nobis magis placz vt ipsa libertas arbitrij sit ⁊ illa q̄ ꝺs liber est ad malum· et illa q̄ ꝺs liber ē ad bonū faciendum Ex causis eī varijs sortit diuersa vocabula· Dicit enī libertas ad malum faciendū añq̄ p gratiā sit reparata· sed cū p gratiam fuerit reparata· dicit libertas ad bonū faciendū · q̄ añ gratiā libera est voluntas ad malū· per gr̄am vo libera fit ad bonū· Sē per ergo volūtas hominis aliq̄ modo libera est· ꝫ nō semp bona ē· Nō enī est bona nisi a peccato liberata· est tamē a necessitate libera· Ut̄ Aug· in li· de gr̄a ⁊ li·ar· Sempī nobis volūtas libera est· ꝫ nō semp bona ē Aut enī libera ē iusticie q̄n seruit pctō· ⁊ tunc est mala· Aut a pctō libera ē q̄n seruit iusticie· et tunc ē bona

Agit de libertate a miseria· o

Est iterū libertas a miseria· de qua apls ait· Et ipa creatura liberabit̄ a seruitute corruptionis ī libertatē glorie filioꝝ dei· Hāc libertatē habuit hō añ peccatū· q̄ omni carebat miseria· ⁊ nulla tāgebat̄ molestia· ⁊ plenā hēbit ī futura btitudine vbi miser eē nō poterit· Sz̄ hac vita q̄ē iter primū pctm̄ ⁊ vltimā ꝓfirmationē· nemo a miseria liber ē· q̄ pena pcti nō caret·

Breuiter epilogat oñdens quo genere libertatis li·ar·itel ligi debeat minui p pctm̄· p

Ex p̄dictis iā appet̄ q̄ p pctm̄ sit minutū vl̄ corruptū liberū arbitriū· q̄ ante peccatū nulla erat homini difficultas· nullumq̄ impedimentum de lege membrorum ad bonum· nulla impulsio vel instigatio ad malum· Nunc autem per legē carnis ad bonum impeditur· ⁊ ad malum instigatur· vt non possit velle ⁊ perficere bonum nisi per gratiam liberetur ⁊ adiuuetur· quia ait apostolus· Peccatum habitat in carne· liberū ergo arbitriū cum semp in singulis sit liberum· non est tamē pariter liberū in bonis ⁊ in malis· et ad bona ⁊ ad mala· liberius enī est in bonis vbi liberatū est· q̄n in malis vbi liberatuz nō est· Et liberius est ad malum quod per se potest· q̄ ad bonū quod nisi gratia liberetur ⁊ adiuuetur· non potest·

De libertate que sit ex gratia et que ex natura· q

Libertas ergo a peccato et a miseria per gratiam est· libertas vero a necessitate per naturā· vtrāq̄ libertatem nature scilicet ⁊ gratie notat apostol⁹ cum ex persona hominis non redempti ait Uelle adiacet mihi· perficere autem bonum nō inuenio· ac si diceret· habeo libertatem gratie· ideo non est apud me perfectio boni· Nam voluntas hominis quam naturaliter habet non valet erigi ad bonum efficaciter volendū vel opere implendum· nisi per gratiam liberetur ⁊ adiuuetur Liberetur quidem vt velit· et adiuuetur vt perficiat· Quia vt ait apostolus· Non est volentis velle· neq̄ currentis currere· id est operari· sed miserētis dei· qui operatur in nobis velle et operari bona· cui⁹ gratiam non aduocat hominis vo lūtas vel opatio sed ipa gr̄a voluntatem preuenit preparando vt velit bonum· ⁊ preparatam adiuuat vt perficiat·

libertas a culpa vel a miseria· sed libertas a coactione· ab illa lib· arbitr̄· habet denominari · Et quoniam hec in creaturis q̄tum est de se indifferens est ad bonum et malum · ideo magister de hac intelligēs· dicit in littera q̄ liber tas a qua lib· arbi · denominatur liberum· non est libertas ad bonum tantum sed etiam ad malum· non q̄ principaliter respiciat malū sed quia de generalinomims significatione nō determiarur ad bonum· licet p̄n/cipalius respici at bonum q̄n malum· Et per hoc patet respō sio ad primū obiectum· Ad il 39 lud vero quod obj̄citur q̄ denominatio debet fieri ab optimo· dicendum q̄ illud verum est ꝛ optimo nō quocūq̄ sed essentia li ⁊ inseparabili Ad illud quod 40 arg̃t vltr̄ dicā li bertas ſ̄ equocevl vniuoce· ꝺr̄ q̄ Ro·viij· nec sic· nec sic· ſ̄ fm quandā analogiam· que propter conuenientiam cum vniuoco recipit cōpa/rationez fm magis et minus p/pter conuenientiam cum equi/uoco recipit q̄n/dam distinctionem multiplici/tatis· analoguz enim medium tenet inter vniuoco/cum et equiuoco/cum· ⁊ sic patet ea que quelita sunt·

Ad intelligentiã huius partis · cũ supa habitum sit de lib · ar · in se · querit hic de ipsa cõparatione · z circa hoc querunt ser · Primo queritur de lib · ar · in cõparatione ad subiectũ · Secundo querit de ipso in cõparatione ad actum · Tertio vero querit in cõparatione ad obiectũ · Quarto in cõparatione ad aliqđ agens creatũ · Quinto in cõparatione ad moues · Sexto z vltimo in cõparatiõe ad cõpus coniunctum.

Questio I g

De li · ar · in cõparatiõe ad subiectũ · vtrũ in oĩbus in q̃bus est sit equaliter · aut fm magis z minus · Et q̃ sit in oĩbus equaliter videt pmo p Bern̄ · in li · de li · ar · Manet libertas volũtatis tam plena in bonis q̃z in malis · sed in bonis ordinatior · tã integra q̃z suo modo ĩ creatore q̃z in creatura · Itẽ in eodẽ li · ar · cunctis pariter ratione vtẽtibus cõpetit nec magis est in bonis q̃z in malis · Et rõnem subiungit q̃ nec augeť gr̃a nec minuitur culpa · Item lib · ar · eo ipso ds liberũ quo est a coactione minime · g̃ si libertas ar · in quolibet vniuersaliter pũat coactionẽ et oĩmoda pũatione non est magis z minus repire ar · lib · in oĩbus in q̃bus est eq̃liter est · Itẽ magis et minus est p permirtionẽ vnius ad alterũ · sed lib · ar · nullo modo pot pmiscẽri in aliquo seruituri sibi cõtrarie · que q̃dẽ est seruitus coactionis · g̃ nõ vr̃ q̃ possit fz magis vel minus participari · g̃ eq̃liter est in oĩbus in q̃bus inuenitur · Sed ℑ · li · ar · est ptãs seruãdi rectitudinem · sicut dicit Anſ · sed maior est ptãs seruandi rectitudinem in bonis q̃z in malis · in cõfirmatis q̃z in nõ cõfirmatis · g̃ li · ar · cõtingit fm magis z minus participari · Item li · ar · est q̃dã nobilis dignitas in aĩa rõnali sed in nulla ꝓrietate dignitatis creatura pot eq̃ri creatori · g̃ impossibile est li · ar · inter creaturã z creatorẽ eq̃liter repiri · Item li · ar · est facultas que fundať sup̄ rõnem z voluntatem · sed vis cognitiua multo pfectius reperitur in deo q̃z in creatura · et in vna creatura plus q̃z in alia · similiter z vis appetitiua · g̃ pari rõne z illa facultas ex qua potẽtia rõnalis z potẽtia volũtatis libere esse dicũtur · Itẽ liberius est illud in quo cadit nullũ genus seruitutis · q̃z in quo põt aliqđ genus seruitutis cadere · cũ igit̃ aliq̃ sint que nullo modo põt subiici · nec pcõ nec miserie · qdam vero que eis subiecta sũt z seruiunt · vr̃ q̃ ab his z illis li · ar · nõ participeť eq̃liter · R°. ad q̃dictor̃ intelligentiam est notandũ · q̃ cũ q̃rit vtruz lib · ar · sit equaliter in oĩbus · nõ ẽ questio de ipso fm q̃ ds liberũ ea libertate q̃ ẽ a miseria vel a culpa · hoc enim modo planũ ẽ q̃ liberius est in vno q̃z in alio · sz ẽ q̃stio de li · ar · fm q̃ ds libertas a coactione · sic em̃ videtur auctoritates sctor̃ sibĩ nuicẽ repugnare · Et ꝓterea ad cõtrarietatẽ q̃ videt de medio diminuẽda intelligendum est q̃ li · ar · siue li · ar · et dicit cõparationẽ ad illud a quo et ad illud ad qđ · Per cõparationẽ ad illud a q̃ ds pua/tiue siue negatiue · dicit em̃ liberũ a coactione · p eo q̃ ẽ ab oĩ coactione ĩmune · Per cõparationẽ ad illud ad qđ ds positiue · p eo q̃ li · ar · est q̃dã facultas siue potestas seruãdi rectitudinẽ · hec q̃ut facultas ꝑut priuatio ni coactionis cõiuncta est · hz quandã dignitatẽ · dignitatis em̃ est z ptãtis nõ posse cogi · Et sic in li · ar · intellectu tria claudũtur videlicet · a coactione ĩmunitas · excellentie dignitas · z potestas siue facultas · Quãtũ ad primũ li · ar · in oĩbus in quib⁹ est eq̃liter se habet sic dicũt auctoritates Bern̄ · z oñdunt rõnes ad hoc inducte · ꝓ eo q̃ in oĩ in quo ponit · simpliciter z vniuersaliter omnẽ excludit coactionẽ · ꝓterea dicit Bern̄ · q̃ ita plene est ar · li · in creatura suo modo sicut in creatore · qđ z si nõ possit intelligi veraciter esse dictũ de aliquo qđ dicitur p positionẽ · pot tn̄ intelligi de eo qđ ds p oĩmodã priuationẽ · Quãtum ad scõm vicz q̃ztũ ad excellẽtie dignitatem est eq̃liter in cõparatione creaturarũ adinuicẽ · z inequaliter in cõparatione creaturarũ ad creatorẽ Dignitas em̃ li · ar · increati supercellit oẽm dignitatez li · ar · creati · q̃ illa ẽ dignitas sũma · z ois dignitas creata ẽ dignitas infra illã · z ꝓter illã · z sic ineqlitas inest libertati ar · q̃ztum ad dignitatẽ ꝑut ꝓsiderať in creaturis z creatore · Prout aũt ꝓsiderať in creaturis relatis adinuicẽ · sic habet in eis repiri equaliter · p eo q̃ omne li · ar · imediate est sub deo cõstitutum · z q̃dlibet ẽ fuarũ operationũ post deũ primũ ꝓncipium · Attendiť em̃ fm rõnalis creature supmum quo solus deus supior ẽ · sic vult aug · Quantũ aũt ad tertiũ vicz q̃ztum ad facultatem · aut ad seruãde iusticie potestatem · sic ineqlitas reperiť nõ solũ in creaturis z creatore · sed etiã in creaturis cõparatis adinuicẽ · Una em̃ creatura multo potẽtior est altera in rectitudine seruãda · sicut beata q̃z misera · et h̃ ẽ qđ dic̃ anſel · ĩ li · de li · ar · Libertas ar · alia est a se que nec est accepta ab alia · nec facta ẽ · que ẽ solius dei · Alia est a deo facta z accepta que ẽ angelor̃ z hominũ Facta aũt siue accepta · alia ẽ habẽs rectitudinẽ quã seruat · alia carẽs · Habẽs · alia retiner̄ sepabiliter · alia inseparabiliter · Carẽs aũt · alia caret recupabiliter · alia irrecupabiliter · Ex hac diuisione anſel · apparet gradꝰ libertatis nõ solũ in creaturis respectu creatoris · sz etiã in creaturis adinuicẽ relatis · Sumiť em̃ hec diuisio libertatis fm id qđ ẽ in ea positionis · z hoc modo cõtingit eã fm plus z minus in habẽtibus li · ar · repiri · z sic procedũt rõnes ꝑius adducte · Patet igiť ex ꝓdictis responsio ad q̃stionẽ ꝓpositã · ptz nihilominus respõsio ad obiecta · q̃ rõnes q̃ ꝓbant equalitatẽ arguũt de lib · ar · penes id qđ dicit priuationẽ · Responsiones vo ad oppositũ penes id qđ dicit positionẽ · z ideo vtreq̃z concedende sũt · q̃ diuersis vĩs concludũt.

Questio II h

De li · ar · in cõparatione ad actũ · Et q̃rit vtrũ sit actuũ cõtingentiũ z necessarior̃ · an ℑtingentiũ tm̃ · Et q̃ sit contingentium tm̃ vr̃ p magistrũ in · ĩ · ca · hui⁹ di · vbi ait sic Hoc aũt sciẽdum q̃ li · ar · nõ referť ad psens · vel ad preteritũ · sz ad futura ℑtingentia · Item lib · ar · ẽ respectu eor̃ actuũ que sũt a nobis · z eor̃ de q̃bus consiliamur · Si igiť non ℑsiliamur de necessarĩs z impossibilib⁹ · sz de ℑtingẽtibus · z ea que sunt in nobis possumus facere z nõ facere · videtur q̃ soli actus ℑtingentes ad li · ar · habeãt ptinere · Itẽ li · ar · est ptãs rõnalis · sz ptãs rõal ẽ idifferẽs ad faciẽdũ z nõ faciẽdũ · z nihil qđ erit a potẽtia differẽter se habẽte ad hoc z ad eius oppositũ ẽ necessarium sz ℑtingens · g̃ zc · Itẽ necessariũ z volũtariũ ex opposito diuidũtur · g̃ si actus lib · ar · esset necessarius · nõ eẽt volũtarius · si g̃ oĩs actus li · ar · est volũtarius · videt q̃ nullus sit necessarius · Sed ℑ · Aug⁹ · in ench · Erit hõ sic vtvelle male nõ possit · nec tn̄ ideo carebit li · arb · Et paulo post · neq̃z aũt volũtas nõ ẽ · aut libera dicenda nõ ẽ · qua beati sic esse volumus · vt eẽ miseri nõ solũ nolumus · sz nequaq̃z prorsus velle possumus · z ex hoc expsse colligiť q̃ li · ar · est respectu actus necessarĩ z immutabilis · Itẽ li · ar · est in deo · z angelis · z in hoĩb⁹ beatis · sz de⁹ ẽ imutabilis p naturã · angelus vo z hõ brũs p gloriã · g̃ in ipis li · ar · necessario z imutabiliter in suũ actũ exit · igr̃ nõ solũ est respectu actus ℑtingẽtis verũ etiã necessarĩ · Itẽ nõ ẽ meritũ sine actu li · ar · sz iste qui

fecit bonū vult se fecisse. ⁊ hoc ipso merek. si igit hunc fecisse bonū dēmōstraro illo qui fecit est necessariū. li. ar. est respectu actus nec̄rij etiā ſm statum meriti. Jtē li. ar. est ptās nō alligata eoipō q̄ li. est. si igit potentia intellectiua coipō q̄ nō est alligata potest cognoscere necessaria ⁊ contingentia. ḡ cum voluntas. vel ar. lib. ad nihil astringatur. vī q̄ erit respectu actuū necessariorū ⁊ contingentium simul. ℟. dōm q̄ li. ar. dupliciter p̄t
43 considerari. Aut ſm q̄ liberū. aut ſm q̄ deliberās. Si loquamur de ipso ſm q̄ liberum. sic concedo q̄ pōt esse nō solū respectu cōtingentis. sz etiā necrij. sicut patz in
44 deo ⁊ in xpo. ⁊ in angelis ⁊ in hominib⁹ beatis. Cū em̄ duplex sit necessitas. videlz coactionis ⁊ īmutabilitatis. Necessitas coactionis repugnat libertati ar. Necessitas vo īmutabilitatis nō. p eo q̄ ar. ꝺz liberū. nō q: sic velit bꝫ vt possit velle eius oppositū. sz q: omne qꝺ vult appetit ad suū ꝑpius imperium. quia sic vult aliquid vt velit se velle illud. ⁊ ideo in actu volendi seipm mouet ⁊ sibi dominat. ⁊ p tanto ꝺz libertꝫ cuius īmutabiliter ordinetur ad illud. Si aūt loquamur de lib. ar. ſm q̄ deliberans vtrū bꝫ fiat vel nō fiat. sic actus eius de quo ꝺliberat est contingens. Nullus em̄ deliberat de necessario aut impossibili. actꝰ tñ ille potest eē circa necrij. vel circa cōtingens. Jn li. em̄ ar. est cōsiderare actū volēdi ⁊ ipm volitū ⁊ inq̄ntum li. ar. est deliberans necesse est q̄ ꝓtingentia sit circa vtrūq̄ istoꝝ vel circa altꝝ. Circa vtrū q̄. vt cum q̄s deliberat vtrū velit intrare religionē. vel diligere inimicū. Circa altꝝ. vt cum q̄s deliberat vtrꝫ debeat ꝓsentire vel dissentire appetitui naturaliter īserto. vt pote appetitui bītudinis. Sic igit actꝰ li. ar. deliberantis. cuius possit esse circa necessariū. sp̄ē contingens. actus vo li. ar. vt libertꝫ est. nō solū pōt eē circa necessarium. sz etiā necessariꝰ in se. ⁊ p̄ hoc ptz responsio ad ꝓpositam questionē. ptz etiā responsio ad obiecta.
45 Nā rōes q̄ ostendunt q̄ li. ar. potest esse respectu actꝰ necessarij. ꝺcludunt de li. ar. ſm q̄ libertꝫ sicut manifeste apparet ꝓtractanti. Autoritates vo ⁊ rōnes ad oppositū intelligunt de li. ar. ſm q̄ deliberans ⁊ cōsilians. aliter nō cogūt. Nā qꝺ ꝓmo obr̄ de verbo magistri. plā
46 nū est q̄ intelligit de li. ar. ſm statū viatoris. sic mgr̄ in littera seipm exponit. Silr qꝺ secundo obūcit q̄ li. ar.
47 est eoꝝ de quib⁹ cōsiliamur. hoc em̄ verū ē de li. ar. ſm q̄ tenet rōnem deliberantis. Et ad illud q̄ obr̄ q̄ rōnal' potesta s est ad oppositā. dōm. q̄ illud nō est vertꝫ de oī potestate rōnali. sicut iam in sequenti ꝓblemate melius patebit. sz bꝫ est verū de rōnali ptāte ſm statū mutabilitatis ⁊ ītabilitatis. ſm quē statū intelligit ꝛbum phi.
48 Ad illud qꝺ obr̄ q̄ necrij ⁊ voluntarij ex opposito diuidūtur. dōm. q̄ vertꝫ est ſm q̄ necrij dictū a necessitate coactionis. ſm aūt q̄ necrij dictū est a necessitate mutabilitatis. non diuidit voluntariū. nisi voluntariū dicat a voluntate deliberāte ⁊ cōsiliante. ⁊ hoc mō bene ꝓcedo q̄ voluntarij est cōtingens. ⁊ hoc non obuiat sz potꝰ consonat ei qꝺ dictum est.

Questio III i

De li. ar. in cōparatione ad obiectum. Et est qō vtrū lib. ar. ſm q̄ liberū possit in malū. Et q̄ sic vr̄. De nullo vituperat q̄s nec laudat. nisi de illo qꝺ est a li. ar. ſm q̄ liberū. ḡ li. ar. pōt in pctm̄ ſm q̄ libertꝫ ⁊ in malū. Jtē actꝰ li. ar. ſm q̄ li. est eligere. sz li. ar. de se cū est gra destitutū bꝫ eligere malū. bonū aūt non eligit nisi p auxiliū gre. ḡ li. ar. quantū est de se plus bꝫ obiectū malū q̄ bonum Jtē ptātes rōnales sunt ad oppositā ſm q̄ hmōi. sz lib. ar. ſm q̄ libertꝫ ē ptās rōnalis. ḡ est ad oppositā quantū est de sui natura. sed nō est ad oppositā que sunt dulce ⁊ amarū. verū ⁊ falsum. ⁊ silia. ḡ ad oppositā q̄ sunt bonū ⁊ malum. ḡ malū est obm li. ar. ſm q̄ liberū. Jtez li. ar. potest facere malū. aut igit seipō. aut alio. Si alio. q̄ ro mediante quo. ⁊ non est dare. tunc em̄ esset quererevtrū illud esset liberū. aut nō. ⁊ si non esset liberū. tā in ope suo nec esset laudabile nec vitupabile. ⁊ ita nec peccare posset. Si aūt esset libertꝫ. ḡ vel erit abire in infinitū. vel est dare q̄ li. ar. seipō peccet. Si igit seipō p̄t in malum. ⁊ seipō ē libertꝫ. ḡ li. ar. ſm q̄ libertꝫ bz q̄ obiectum malū. Sz J. Anſ. de li. ar. qō libertati oppositum eā minuit ⁊ separatum auget. nō est libertas. nec ps libertatis. sz ptās peccandi est hmōi vt dicit. ⁊ ex hoc cōlꝫditur q̄ ptās peccandi non ē libertas nec pars libertatis. Si igit malū nō ē obiectū nisi ptātis peccādi li. ar. ſm q̄ hmōi nō bz p obiecto malus. Jtem posse peccare plus dicit impotentiā q̄ potentiā. ⁊ plꝰ dicit defectus q̄ cōplementū. sz li. ar. ſm q̄ libertꝫ est sub deo potēs/simū. ḡ li. ar. ſm q̄ libertꝫ nō bz obiectū malū siue pctm̄. Jtem si malū est obiectū li. ar. ſm q̄ libertꝫ. ḡ vbicūq̄ est libertas ar. ē ptās ad malū. ḡ vbicūq̄ est malū vel in ipso non est li. ar. ⁊ q: vtrunq̄ hoꝝ est impossibile ⁊ J Aug. restat tē. Jtē li. ar. nunq̄ facit nec appetit malū nisi sub ratione boni. sz vinū q: nō ꝛpetitur nisi sub rone dulcis ipm p se nō est appetibile. sz dulce. siergo malū nō appetit nisi inq̄ntū apparet bonū. solū bonū est obiectū li. ar. Jtez vnaquꝫq̄ potentia est cōpletior cū coniuncta est suo obiecto mediante actu q̄ cum non est cōiuncta. ḡ si malum esset obiectū li. ar. ſm q̄ liberū ergo insufficienter diffiniret ab ansel. cum ꝺz ptās seruandi rectitudinē. Si tu dicas q̄ bonū est obiectū p se ⁊ malum p accidēs. hoc non soluit. q: nō sufficienter diffinit medicinā. q̄ dicit eā esse scientiam sani et nisi addat eius oppositū. licet medicina sit scia sani p se. ⁊ egrip ac
49 cidens. ℟. dōm de li. ar. est loqui dupliciter. Aut ſm cōem rationez ſm quā reꝑitur in creatore ⁊ in creatura ⁊ sic obiectū eius est bonū. ⁊ equuz. malū vo nō est obm nisi qs dicat hoc esse obiectū. q: li. ar. illud respuit ⁊ detestat. Nic aūt vocat obiectū illud qō intendit li. ar. p actū ꝓximū siue qō efficit. Alio modo ꝓtingit loqui de li. ar. ſm q̄ reꝑitur in creatura. ⁊ sic est loqui de ipso dupliciter. Aut inq̄ntuz liberū. aut inq̄ntum deficiens Si inq̄ntū liberū. sic natū est exire in actū equitatis suscepti bile et ecrate informatuz. Si aūt loq̄mur de ipo inq̄ntū deficiēs. sic li. ar. inq̄ntū liberū arb. pōt ⁊ exit in actū de liberatiuū. q: deficies exit in actū deformatū. ⁊ ita malū Sic ḡ pz q̄ li. ar. ſm q̄ liberū est bz obm bonū. ⁊ exit in bonū non in malū. sicut rationes ad primā partem inducte ostendūt. Nihilominus tñ inq̄ntum cum libertate habet defectibilitatem pōt in malū. ita q̄ malicia nō est obiectū li. ar. nec a li. ar. ſm q̄ libertꝫ sed ſm q̄ deficiens. actus aūt abstractus cum sit deliberatiuus exit a libero ar. ſm q̄ liberū. ⁊ per hoc patet responsio ad primū
50 obiectum. Qꝺ aūt obūcit solis operibus li. ar. deberi laudem ⁊ vituperiuz. hoc non soluz verū est de his que li. ar. respiciunt ſm q̄ liberuz. sz etiam ſm q̄ defectiuuz sic tm̄ opus ab eo veniens est vituperio dignū ratione deformitatis que nō habet causam efficientez sed deficientem. sic infra manifestabit. Ad illud q̄ obūcit qō li. ar. de se eligit malū. dōm q̄ ⁊ si sufficiat ad eligendū malū p eo q̄ facilꝰ ē defficere q̄ ꝑficere. nō tñ ad illꝰ oꝺciat principaliter. quoniā hoc nō ꝓuenit ei ſm naturā ꝛpriā cōplementū. sed potius ſm ꝓpriā naturā defectū. Preteres ⁊ si de se eligit malum. nunq̄ tamē eligit malū nisi inq̄ntum apparet bonū. Ad illud qō obz q̄ rationes potestates sunt ad oppositā. dōm q̄ et si verū sit in-

52 rōnalibus potestatibus defectibilib⁹ z creatis · nō tamē
verū est in rōnalibus potestatib⁹ in quibus nō potest
esse defectus · Absit em̄ q illud pb̄icum verbū sit verus
quo dicit q de⁹ pōt prava agere · h̄ em̄ est ꝺ veritatem
z ꝺ aug⁹ · sicut in · j · li · ostensuz fuit · z inferius suo loco
ondet · Qz em̄ dicunt rōnales ptātes esse ad opposita ·
hoc nō est q; sunt rōnales · sz q; sunt deficientes · maxīe
terius · sicut se hz bonū z malū · z ita ex hoc nō sequit q
li · ar · fm q libez possit ad malum · Ad illud qō obī q
53 li · ar · seipō potest in malū · dōm q et si seipō possit · nō
tn̄ pōt seipō sufficiente sz potius seipso deficiēte · seipō
em̄ pōt deficere · nec oportet aliquid aliud interuenire
ad hoc q erret in malum ·

Questio IIII k

De li · ar · in compatione ad aliud agens creatum · Et ē
questio · vtrū li · ar · ab aliquo agente creato possit cogi
Et q sic vī · Z az dam̄ · cū pbs dicūt q quedā sunt opa
tiones ptim voluntarie · ptim inuoluntarie · z quedam
mixte ex voluntario z inuoluntario · sicut iactare mer/
ces in mare · z similia · Si igit inuoluntariū ē illud qō
est p violentiā · aliquas opationes exeuntes a li · ar · cō
tingit pmiscere violentia · g si contingit magis z mīº
pmiscere · cōtingit eas simpliciter esse inuoluntarias
et coactas · g li · ar · cogi potest in actione sua · Item ma
ior virtus pōt inferre violentiā minori · sz qō pōt infer
re violentiā pōt cōpellere · g minor virtus a maiori po
test cōpelli · sz aliqua virtus potentior ē li · ar · viatoris
vt pote angeli · g saltē ab angelo li · ar · nostrū pōt cogi ·
Item si aliqua virtus pōt impediri ab actu suo · pōt vi
olentari · z si sufficienter pōt impediri sufficienter pōt
violentari · z si sufficienter pōt violentari pōt cogi · cuz
igitur li · ar · ab actu suo vl'vsu impediri possit · sicut pz
q diabol⁹ pōt auferre vsū li · ar · z facere furiosū · g vī q
ab eo li · ar · nostrū possit cōpelli vel cogi · Item qn radi
us ē iunctus aque · mota aqua necesse ē moueri radiuz
sed multa maior vinculo cōiungit aīa corpi cū coniun
gat radius aque · g moto corpe necesse est moueri affe/
ctus aīe · si igit aliqua virtº creata pōt corpus trāsmu/
tare poterit p cōsequēs li · ar · vertere z cōpellere ipō no
lente · Item sicut se hz intellectus ad verū · ita se hz affe
ctus ad bonū · sz intellectus compelli pōt ad credendū
aliquod verū · g z affectus ad amandū bonū · si g li · ar ·
non dicit aliud cū rōnem z voluntatē · vī q z ipm com
pelli possit p actionē alicuⁱ agēs creati · Itē agēs crea
tum sua actione potest li · ar · cogere coactione inducen
te · que est dispositio respectu coactionis sufficientis · sz
dispositio p frequentē sui iterationē z intensionē pt fi/
eri necessitas · g vī q si voluntas possit cogi coactione
54 inducente · q pcessu tpis compelli possit coactione suf
ficienti p actionē alicuⁱ creature · Sed ꝺ · Bern̄ · de li ·
ar · Voluntas pro ingenita sui nobilitate nulla cogitur
necessitate · si igit voluntas a nemine pōt cogi · z h̄ non
est ob aliud nisi ppter li · ar · libertatē · g lib · ar · a nulla
creatura potest cogi · Item si aliqua creatura posset li ·
ar · hominis cogere · h̄ maxime competeret ipi diabolo
de quo dicit Job · xl · Nō ē potestas sup terrā q̄ ei pos/
sit compari · si g diabol⁹ li · ar · nostrū nō pōt cogere · ꝺa
tunc faceret nos continue peccare · vī q nulla alia cre/
atura possit ipsum cogere · Item nulla maior compul/
sio potest fieri li · ar · hominis cū p cōminationem mor/
tis · sz mortis cōminatio ad cōpellendū li · ar · nō sufficit
sicut pz in martyribz · sanctis · z alīs · g a nulla creatu/
ra potest compelli · Item si li · ar · est fm id qō est supe/
rā potest compelli · Item si li · ar · est fm id qō est supe/
mū in anīma · cum ipius sit regere z mouere omnes po
tentias · sz eo qō supemū est in aīa · solus deus maior
est · g nulla creatura potest sup illud · nulla igit creatu/
ra potest in hominis li · ar · cōpellendū · Rº · ad pdicto/
rū intelligentiā ē notandum q est loqui de li · ar · cūtum 55
ad actum exteriorē z cūtum ad actū interiorez · siue cūtū
ad actū priū · z cūtum ad actū alienū · Si loquamur de
li · ar · cūtum ad actum exteriorez · sic respectu taliū actu
um potest interuenire coactio · pōt em̄ quis cōpelli vt
genua coram ydolo flectat · z vt manibus priꝰ thura
altaribus imponat vel incendat · Si aūt loquamur cūtum ad actum interiorē · ꝺ · s · evelle vel eligere aut cōsen
tire · sic respectu talis actus potest li · ar · aliquo mō in/
duci · pōt z impediri · sz nullo modo potest cōpelli · In/
duci quidē pōt · qm̄ amat aliud a se · z qō infra se ē · Vn̄
p obliuionē alicuⁱ rei amate vel ablationē pōt induci
ad cōsentiendū in aliquid multuz efficaci psuasione · p
quē modū ydolatre tēptabāt sanctos martyres cōsenti
re in ydolatria · mō pmittendo delectabilia · mō infligē/
do tristia · Ista tn̄ inductio longe distat a coactione
sicut pbat ipse exitus · q; nec blanditiēs allici · nec tor
mentis terreri adeo potuerūt vt a veritate iusticie mu/
tarenk · z sic li · ar · induci potest · q; amat aliquid infra
se · vt pote vitam temporalē vel aliquid cōsimile qō po
test agens creatū cōferre vel auferre · Potest etiā impe
diri ppter inclinationē z cōiunctionē sui ad corpalem
naturā · q subest virtuti creature · vnde bene posset ali/
quis alīū ita ledere q vsum li · ar · amitteret · ex h̄ tn̄ li ·
ar · non cogeret · Coactio em̄ ponit li · ar · actū z vsuz · sz
ligatio vel impeditio tollit · Et iterū impeditō pueni/
re potest ab inferiori · coactio puenire hz a superiori · hic
est q li · ar · et si possit induci ab agente creato rōne bo/
ni exterioris amati · z possit impediri rōne cōiuncti cor
poris · nō potest tn̄ cogi respectu actus priꝰ · Hanc em̄
dignitatē hz li · ar · vt inēūtum li · soli deo sit subiectum
z q inēūtum libez nulli agenti creato subest · cū coactō
sit a superiori · nullum agens creatū potest ipsum cogere
Unde cōcedende sunt rōnes hoc ostendentes · Ad il/ 56
lud aūt qō primo obī in ꝺ trariū q est actio mixta ex vo
luntario z inuoluntario · dōm · q illud intelligit de acti
one exteriori · z cūtū ad illā pōt interuenire coactō · Pre
terea intelligit ibi de inuolūtario put dicit inuolūtarū
p violentiā nō inēū p violētiā coactiōis sufficiētis · sed
solum inducentis · Ad illud qō obī q maior virtus pt
violentare minorem iam pz rnsio · q; cūtum ad liberta/ 57
tis dignitatem · sicut ostensum fuit in primo · pblemate
omnes creaturas rōnales habent equalitatē · nec vna
nata est fm istam prietatem in alterā agere · z ppter h̄
nec alteram violentare nec cogere · Cum enim ꝺ q ma
ior virtus pōt violentare minorē · h̄ veritatē hz si fm q
maior est nata sit agere in minorē · Ad illud qō obī q 58
li · ar · pōt in sua actione impediri · dōm q verū est · tam
ex hoc non sequit q possit cogi · Impedimētum em̄ pri
uat actū libertatis · sz coactio ponit actū li · ar · z simul
cum hoc ponit q non sit libertatis · z ista sunt incom/
possibilia · sicut si poneret aliquis actus esse voluntā/
tis z non esse voluntarius · z melius videbit · j · z rō ra/
tio illa non cogit · Ad illud q obī q aqua mota neces/ 59
sario mouet radius ei coniunctº · dōm q non est sumi/
le · p eo q radū multiplicatio est naturalis · nec pōt lux
seipam non multiplicare cuz inuenit materiā sibi aptā
z sicut multiplicatio radū est naturalis · ita z reflexio eⁱ
est naturalis z repercussio · z ppterea cum aqua mouē
tur · Alio modo suscipit radius · ideo necesse est ipsum

alio mō reflecti·li·aūt ar·preest corpori cū i suū actū vo
60 luntarie exit·z seipō est ꝓpriū actus variatio·nō ex hoc
ꝙ aliqua fit mutatio in corpore coniuncto. Ad illud
qō obr̄ de compatione intellectus ad verū·z affect⁹ ad
bonum·dōm ꝙ z si aliquo modo sit compatio cōsimil·
non tm̄ est omnimoda similitudo·qm̄ sicut oñsum fuit
supra li·ar·pl⁹ se tenet ex pte motiue c̄ꝫ cognitiue·z iō
coactio plus repugnat affectioni c̄ꝫ repugnet cogniti/
61 oni·z ꝓterea non sequitur ꝙ si intellectus potest cogi
ꝙ et affectus. Ad illud qō obr̄ ꝙ pōt induci·dōm ꝙ z
si inductio videat esse quedam coactio·maxime ꝟm hu
mana iura que dicunt ꝙ illud qō fit cū metus non esse
habendum ratum·maxime de eo metu qui potest cade/
re in constantē viruz·p eo ꝙ considerant exteriora opa
ꝟm veritatem tamen ista inductio stat cuz libertate vo
luntatis·nec ei repugnat in aliquo·sz potⁱ repugnat
plenitudini amoris z voluntatis. Non em̄ ita plene
vult aliquis quando vult ex inductione sicut quando
vult absolute·sicut ptz de iactatione mercium in mare·
nihilominus tamen saluatur ibi rō libertatis z volun
tatis·vnde talis metus apud deum non excusat a cul/
pa·sicut apte patet in negatione a petro facta·z ꝓte/
62 rea non sequit ꝙ si possit a creatura induci ꝙ possit co/
gi. Nec valet qō obiect de dispositione que hz fieri ne
cessitas ꝙ iterationem·hoc enim verum est respectu vir
tutis naturalis z actus qui determinatur ad vnā differ
entiā contrarietatis·non aūt verū est respectu volun
tatis q̄ absoluta est·z quantum est de se vertibilis est·
Preterea illud locuz habet in eo genere dispositionis
que est eiusdez generis z ꝓpinquitatis·vt est dispositio p/
xima z remota·sic autem non est in proposito vt ostē
sum est supra·z sic patent obiecta.

Questio V I

De li·ar·in compatione ad mouens primū·s·ad ipsuz
deum. Et est questio·vtrū li·ar·possit a deo cogi? Et
ꝙ sic vr̄ Luce·xiiij·Exi in vias z sepes z compelle intra
re vt impleat domus mea·si g̃ in domū dei non cōtin/
git intrare nisi ꝙ vsum li·ar·z dominus intrare cōpel/
lit·videt ꝙ li·ar·cogit. Item Joh·vj·Nemo venit ad
me nisi pater traxerit illum·sed ad christum nō itur nisi
p li·ar·actum·si igit̄ li·ar·non venit ad filium nisi tra/
batur a patre·z tractus est motus violentus·sicut di/
cit phs·li·ar·a deo violentat z cogitur. Item puer·xx·
Sicut diuisiones aquaz ita cor regis in manu domini·
quocunq; voluerit inclinabit illud·g̃ si lib·ar·inclinat
ad vnam ꝑtem contradictionis·quantūcunq; ad illaz
inclinet·deus potest ꝓfecte facere ꝙ velit opposituz·g̃
potest cogere li·ar·ad volendum. Item omnis creatu
ra est in ꝓfecta obedientia respectu creatoris·g̃ si li·ar·
aliquid creatum a deo est·necesse est ipm̄ esse in ꝓfecta
obedientia respectu dei·g̃ si aliqua virtus potest a deo
compelli·potest z virtus li·ar·sz deus de alijs creaturz
potest facere contra ꝓpriam naturā·g̃ de lib·ar·potest
facere contra ꝓpriam libertatem·g̃ pōt ipm̄ cōpellere.
Item plus pōt facere li·ar·diuinum sup humanum c̄ꝫ
possit li·ar·humanū sup aliquod brutum·sz homo pōt
aliquod brutum cogere ad aliquā operationē inferen/
do sibi violentiaz·ergo multo fortius virtus increata
potest cogere voluntatem nostrā·Sed contra Aug⁹.
sup Gen̄·ad lram. Tam non pōt deus facere cōtra na
turam quā bonā instituit·c̄ꝫ non pōt facere cōtra volū
tatem suam·si igit̄ deus voluntarie li·ar·dedit homi/
ni·impossibile est eum de li·ar·facere cōtra inditā sibi li
bertatem·sed si ipm̄ cogeret·contra eius libertatē face
ret·g̃ li·ar·cogi a deo est impossibile. Item aug⁹.xir·de
ci·dei. Illud est vnicuiq; rei naturale qō de ipsa facere
disposuerit omnipotentis voluntas·g̃ si nullum na/
turale est ꝙ violentiam·nihil qō facit deus est violen/
tum·si igit̄ omnis coactio ē ꝙ violentiam·q̄d de
li·ar·faciat·nulla potest sibi a deo inferri violentia·ac
ꝙ hoc nulla coactio. Irez voluntas hoc ipso li·ar·vult
qz cum vult·vult se velle·z seipm̄ mouet·sz impossibile
est voluntatem aliquid velle plene quin illud velle sit
a voluntate seipa mouente·z quin volūtas velit se vel/
le·g̃ impossibile est li·ar·cogi·non solū ab aliquo crea/
to verumetiā nec a deo. Item nihil aliud est dicere ali/
quē facere aliq̄d ex coactione·c̄ꝫ ꝙ faciat illud inuitus
g̃ li·ar·vel voluntatem cogi ad actum ꝓprium non est
aliud c̄ꝫ ꝙ voluntas aliquid velit inuita·sz si est inui/
ta respectu alicuius illud non vult·g̃ voluntatē coge/
re nihil aliud ē facere nisi facere voluntatem simul et se
mel velle z nolle·si igit̄ duo cōtradictoria simul esse nō
tm̄ est impossibile creature verumetiā creaēici essentie
patz tē. Item tunc aliqua virtus cogit̄ quando ad op
positum sue inclinationis mouetur·sz li·ar·eoipo ꝙ li
berū ita natum est inclinari ad vnum oppositum·sicut
z ad reliquum·g̃ libertas eius saluatur in inclinatione
ad vtrunq; oppositum·siue ad hoc inclinetur siue ad il
lud·si ergo coactio excludit libertatem·z libertas non
excluditur ad quodcunq; inclinet·igit̄ ex nulla inclina
tione cogi potest li·ar·sz non est alius modus ipm̄ co/
gendi nisi inclinando ipm̄ ad aliq̄d volitum·g̃ impos/
sibile est ipm̄ cogi·nec ꝙ mouens creatum·nec ꝙ agens 65
primū. Ro⁹. ad predictoz intelligentiam ē notandū ꝙ
cum queritur vtrū li·ar·possit cogi a deo·ꝙ illud pōt in/
telligi duplicit·Aut ita ꝙ intelligatur ꝙ possit auser/
ri libertatē·z auferendo libertatē supducere coactionē
z hoc modo nulli dubiū esse debet quin deus possit hō
cere quantū est de immensitate sue potentie. Alio mō
vt intelligatur ꝙ deus cogat libez ar·salua ꝓpietate li
bertatis et eius natura·z hoc mō non soluz est impossi
bile·sz etiam nō intelligibile·p eo ꝙ implicat in se duo
cōtradictorie opposita. Ex hoc em̄ ꝙ li·ar·est·si aliq̄d
vult libere vult·et ex hoc ꝙ voluntariū est·si aliq̄d vult
voluntarie vult·z seipō mouēte vult·Ex hoc aūt ꝙ co/
gitur·si aliq̄d vult seruilit̄ vult·z si q̄d vult inuite vult
z si aliq̄d vult ab alio vult·qz violentum est cuius prin
cipium est extra nihil conferente vim passo·g̃ li·ar·co/
gi non est aliud c̄ꝫ actum li·ar·simul z semel esse liberū
z seruilem·esse voluntarium z non voluntariū·esse a se
z non a se. Si igit̄ impossibile est qō claudit in se vtram
c̄ꝫ ꝑtem cōtradictionis·nō tm̄ est impossibile creature
verū etiam creatrici essentie·qz illud posse non est pos/ 66
se·sicut in primo li·ostensum est·planū est ꝙ li·ar·ꝟm
modum intelligendi a deo cogi est impossibile. Vnde
cōcedende sunt rationes ad hoc inducte. Ad intelligē
tiam aūt rationū ad oppositum adducteaz notandū ē ꝙ
differt dicere voluntatē induci·z voluntatem mutari·
z voluntatem cogi. Tunc em̄ induci dicit quando alis
qua ꝑsuasio fit qua disponit vt ad aliq̄d appetibile in/
clinet·que si valde intensa sit·nomen coactionis sorti/
tur·c̄ꝫ huius non sit vera coactio sicut supra ostensum est.
Tunc aūt voluntas mutat̄ quando ipa volente vna
potenti virtute·affectio immittit ei ad contrariuz·z de
nolente fit volens·ita ꝙ vna actio expellit z contraria
inducitur·sicut patet cum deus de amatore temporali/
um facit temporalium contemptorem·z hec dicitur ee
quedam compulsio z tractio diuina·dū voluntas

co sepatur·cui per amoris glutinum fortiter iungebat·
Tunc aũt voluntas dicit cogi quando intelligit ipam
inuitam aliquid velle·7 repugnante actu voluntatis
deliberatiue·aliena ꝟtute mouente·7 repugnantia ma
nente·ad aliquid volendo inclinari·7 hec duo oppositi
ta implicat sicut ostensum est· Voluntas igitur indu
ci potest ab agente creato·mutari vero ab alio non po
test nisi ab agente increato·cogi vero ab aliq̃ non pot·
Et ꝓ tanto dicit bern̄·q̃ libertas voluntatis est ita ple
na suo modo in creatura sicut in creatore·7 q̃ in omni
bus reperitur equaliter· Hoc em̄ sicut supra explicatũ
fuit intelligit ꝯtum ad coactionis priuationem·7 ꝓb̄
manifesta est rō̄sio ad autoritates 7 rationes· Ex eniz
dicit in scriptura deum voluntatem hominis compel
lere·7 voluntatem hominis trahere·7 voluntarem ho
minis ad quodcūq̃ voluerit inclinare· sicut ostendūt
ille tres ꝓie autoritates·hoc intelligit nō q̃ volūtatẽ
cogat·sz q̃ volūtatẽ creatā nō solū inducit sic agẽs cre
atū·verum etiam immutat·immittendo affectiões va
rias·in qua immissione non est coactio·ꝓ eo q̃ ita vo
luntarie volo illud qđ deus immittit sicut illud qđ ex
meipso volo·sed si aliquid volo·volens volo·non in
65 uitus·7 ita in volendo ad nihil compellor· ¶Ad il
lud qđ obr̄ de ꝓfecta obedientia creature·dōm q̃ ex hac
ratione potius potest cōcludi oppositum ꝯ ꝓpositum
Quia enim ibi est obedientie ꝓfectio·7 lib·ar·respectu
dei ad omne qđ deus voluerit sic habz moueri·sicut pi
la ad omnẽ partem·ideo quicquid de ipo vel circa ipm
faciat·non compellit nec violentat·nec etiã aliam cre
aturę violentiam inducit ꝯtum ad illam potentiã obe
dientie·ꝯtum aũt ad potentiaz specialis nature·bene
aliquando infert violentiam in miraculoz operatiõe
sed talis violentia infertur virtuti naturali non volũ
tati·q̃ virtus naturalis sic est determinata ad vnum·
vt si trahatur ad oppositum hoc est ꝓ violentiam·Vo
66 luntas vero vertibilis est ad vtrūq̃ oppositum·sicut 7
rota 7 pila habet vertibilitatẽ ad motum· ¶Ad illd̄ qđ
obr̄ q̃ plus potest liber ar·diuinum super hominẽ vel
humanum 7c·dōm q̃ verū est in his que posse est potẽ
tie·posse autem cogere brutū hoc est potentie·sed pos
se cogere li·ar·manens liberum hoc est inordinationis
7 impotentie sicut prius ostensum est·Coactio eniz nō
sic repugnat nature brutali sicut repugnat libertati ar
bi·7 propterea illa obiectio non concludit·

¶Questio VI m

¶De li·ar·in compatione ad corpus coneunctum· Et ẽ
questio·vtrum ꝓpter ineptitudinez corporis ligari ha
beat ꝯtum ad vsum· Et q̃ sic videt·Bern̄·de li·ar· Ue
sanis 7 infantibus 7 dormientibꝫ nihil q̃ agant impu
tatur·sz hoc non est nisi q̃ carent vsu li·ar·7 hoc nō est
nisi propter aliquod impedimentum a parte corporis
ergo 7c· Item hoc ipm videt exemplo·quia vir castus
7 sanctus cuius castitas est magnaf requenter in som
nis consentit operi peccati· quod nullo modo faceret
tempore vigilie·q̃ in somnis ligatur actus liberi ar·sz
hoc non est nisi ꝓ lassitudinem 7 ineptitudinẽ ex parte
corporis·ergo 7c· Itez deficiente priori deficit id quod
posterius est·si ergo impeditur aliquis actus q̃ pream
bulus est ad vsum li·ar·ꝓ ineptitudinẽ corporis·neces
se est 7 vsum li·ar·impediri·sed actus preambulus ad
li·ar·est operatio intellectus que ꝓ ineptitudinem cor
poris impeditur·sicut patet in dormientibꝫ 7 frenetic
7 ꝑbs dicit q̃ intellectus corumpit quodam interius
corupto·7 hoc docet ipsa experientia·q̃ 7c· ¶Itẽ sicut
homo lassatur in sentiendo·ita etiam lassatur in cogi
tando 7 in meditando·sz quia corpus lassatur in sentiẽ
¶ Utrū li. ar. destitutū gratia gratis data possit ad gr̄az gr̄umfacientē sufficienter se disponere. Et q̄ sic videt̄. Zach. j. Cōuertimini ad me z ego cōuertar ad vos dicit dñs. Si igit̄ deū cōuerti ad nos nō est aliud q̄ gr̄az imꝑtiri. antecq̄ aliqua gr̄a p̄ferat̄ li. ar. p̄t ad eū conuerti. sz se cōuertendo ad deū disposuit se ad gratiā. ergo z̄c. Itē Boetius. Naturaliter est nobis inserta veri boniq̄ cupiditas. igit̄ oīi gratia gratis data circūscripta. salua aie rōnalis natura. p̄t li. ar. verū bonū desiderare. sz desiderādo verū bonum disponit̄ ad donum gratuitū. g̃ z̄c. ¶ Itē oīs ptās naturalis naturaliter appetit suā p̄fectionē eoipo quo illa indiget z ab ea nata ē cōpleri. Si igit̄ li. ar. aptum natū ē cōpleri p donū gratie z glorie. oīi gr̄a p̄uatū p̄fectionē gr̄e desiderabit z queret. si igit̄ hoc est ad gratiā gratūfacientē se disponere. videt̄ z̄c. ¶ Item sufficienter se ad gr̄am disponit qui facit q̄d in se est. facere aūt q̄d in se est dicit̄ hō quādo facit illud q̄d est in sua ptāte. sz li. ar. oīi gratia destitutū p̄t facere q̄d in se est. nullus eīm dubitat quin possit facere q̄d p̄t. g̃ absq; oīi gr̄a p̄t se disponere ad gr̄am gratumfacientē. ¶ Itē li. ar. destitutum gratis gratisdata. aut p̄t aliq̄d. aut nihil. Si nihil potest g̃ nemo esset inculpādus ex hoc q̄ nō se p̄parat ad gratiā. Si aliq̄d p̄t. vocet̄ illud quod p̄t a. tūc verū ē dicere q̄ li. ar. p̄t in a. sz faciēdo a. toto suo posse se p̄parat ad gratiā. z q̄cūq; sic se p̄parat. sufficienter se disponit. g̃ z̄c. Item oīe peccatū nō rēm est expulsiuū gratie sed etiā nociuum nature. sed oīs natura refugit sibi cōtrariū z nociū. g̃ li. ar. oīi gr̄a destitutū z sibi relictū p naturā habet detestari p̄tim̄ z refugere. sz detestādo et refugiēdo culpā se disponit hō ad gr̄am. g̃ z̄c. Sed cō Aug. in li. de eccle. dogma. Manet ad q̄rendā salutē libtas ar. sz hac mancte. est in boīs volūtate vt eligat. sz vt seq̄tur. vel vt agat occasionē salutis. h̄ est inspiratiōis dei. g̃ vr̄ q̄ nūq; li. ar. nīm p̄t se ad uiā salutis p̄parare nisi adiuuet̄ p aliquā gr̄am g̃tis datā. ¶ Itē timor seruilis ē illud q̄ mediāte declinat a malo sicut dicitur. Prouer. j. In timore declinat oīs a malo. sed timere seruiliter ē donū dei. z nullus p̄t se disponere ad gratiā nisi declinet a malo. g̃ nullus p̄t ad gr̄am se disponere sine aliquo dono gr̄e. ¶ Itē dispositio est eiusdē generis cū eo ad quod disponit. g̃ ad bonū gratuitū nō p̄t q̄s se disponere nisi p aliq̄d g̃tis datū. g̃ impossibile est q̄ ad illud se disponat li. ar. omni gratia destitutum. ¶ Itē dispositio p̄uenit illud ad q̄d disponit. si g̃ lib. ar. posset se ad gratiā gratūfacientē p seipm di-

syondere·ḡ posset gratiā p̄uenire·si ḡ hoc est ꝺtra natu
29 rā gratie p̄uenietis·vt ꝛc· ¶ Rᵒ·ad p̄dictoꝝ intelligen
tiā est notandū ꝙ vix aut nūquā li·ar·destituit oīm gra
tia ḡtis data· ¶ Oīm nomīs gr̄e ḡtis date nō solūmodo
intelligimꝰ illa q̄ enumerat Apls·j·Coꝝ·xij· Alīꝫ dak
p spm̄ ꝛc·sz etiā vocak hic gratis data q̄cq̄d illud sit qō
supadditū est naturalibus·adiuuās aliquo mō ꝛ p̄pa
rans volūtatem ad habitū vel vsū gratie·siue illud gra
tis datū sit habitus·sicut timoꝝ seruilis·vel pietas ali
quoꝝ viscerib⁹ inserta ab infātia·siue sit etiā aliqs actꝰ
sicut aliqua vocatio vel locutio qua ds excitat aīam
hois vt se reḡrat·Sine hac quidē gr̄a gratis data vix
aut nunq̄ aliqs hīs vsū li·ar·reptur·ꝛ sine hac cōce
dendū est li·ar·nunq̄ se disponi nec posse se disponere
ad gratiā gratūfacientē·sicut dicit Bern̄·exp̄sse in li·de
li·ar·c·xvj· Conatus li·ar·ad bonū cassi sūt si a gr̄a nō
adiuuātur·ꝛ nulli si nō excitatk·Et postmodū dicit ꝙ
gratia excitat li·ar·dū seminat cogitatū· Si igīk p̄ma
dispositio q̄ fit a gratia gratūfacīente est cogitatio·et
hec nō est absq̄ dono gr̄e gratis date·impossibile est ꝙ
30 li·ar·oīm gratia destitutū ad gr̄am gratūfacientē dispo
nat seipm̄·Ratio aūt hui⁹ est hec·nō q̄ gr̄a gratūfaci
ens necessario p̄rigat dispositionē gr̄e gratis date·sed
q̄ ipa est q̄d diuinū·ꝛ res exns sup̄ li·ar·ꝛ etiā sup̄ natu
rale iudiciū·ideo li·ar·nunq̄ assurgit·nec ad cognoscē
dum gr̄am·nec ad petendam·nisi aliquo modo a sur
sum excitek·ꝛ ꝙ additionē gr̄e gratis date qō tenet qua
si medīū inter donū gratie gratūfacientis ꝛ naturalem
volūtatem li·ar·Tenendū est igīk ꝙ lib·ar·si excitetur
p aliqꝺ donū gr̄e gratis date·p̄t ad gratiā gratūfaciē
tem se de cōgruo disponere·si aūt oīm tali munere cōtin
gat ip̄m destitui·nunq̄ posset ad illā disponi· Vñ ra
tiones hoc oñdentes cōcedende sūt ¶ Ad illud aūt qō
31 primo obīcik in cōtrariū ꝙ li·ar·est cōuerti ad deū·di
cendū ꝙ li·ar·lapsū nunq̄ ad ds conuerterek·nisi ali
quo munere gr̄e excitarek·ꝙ qꝛ p̄sto est·ideo dicit do
minus·Cōuertimini ad me· ¶ Hoc em̄ ipo ꝙ inuitat et
vocat·exhibet homini aliqꝺ donū gratuitū p qō excite
tur·excitatusq̄ aliqualiter ad ip̄m cōuertak·ꝛ conuersus
p gr̄am gratūfacientē a deo acceptek·ꝛ ex hoc ꝺr ds cō
uerti ad ip̄m·Unde si q̄s velit attēdere ordinē lib·ar·et
32 gr̄e diuine·exp̄sse insinuat Aug·j·li·de eccle·dogma·
ponēs quattuoꝝ gradus inter q̄s gratia p̄uenit li·ar·
Ait em̄ sic·Initiū salutis nostre deo miserāte habem⁹
vt acquiescamus salutari inspirationi nr̄e ptātis est·
vt adipiscamur qō acquirendū admonitione cognoui
mus diuini est mūeris·vt nō p̄uemur iā adepte salu
tis munere sollicitudinis nr̄e est·ꝛ celestis pariter ad
iutoꝝ·In hoc ḡ verbo si quis diligēter inspiciat·insi
nuatur valde clare q̄tum possit li·ar·respectu gr̄e·Nā
cum sint in salutis opere ista quattuoꝝ vicz inuitare·ac
quiescere·adiuuare permanere·Primū est inspiratio
nis dei·scōm libertatis arbitrīj·tertiū muneris diuini
quartū sollicitudinis nostre ꝛ diuini piter adiutoꝝ·
Et ꝙ hoc satis apitur via ad dissoluendū rōnes sequen
tes· ¶ Ad illud vero qō obīcik ꝙ inserta est nobis veri
33 boniq̄ cupiditas·ꝺm ꝙ verū est generaliter·vt autez
cognoscak in speciali qō sit illud bonū·ꝛ desiderek ꝛ req
ratur hoc nō est absq̄ dei dono· Et illa etiā generalis
cupiditas non sufficit ad disponendū ad gratiā·sicut
patet in p̄bis qui beatitudinē multū desiderauerūt·nū
q̄ tn̄ gratiā dei adepti sūt· ¶ Ad illud qō obīcik ꝙ na
34 tura appetit suā p̄fectionem ꝛc·ꝺm ꝙ verum est de p̄
fectione illa que est infra terminos nature·non autem
oportet de illa que sup̄ natūrā est·aut si de illa intellige
tur·eo modo apperit quo cognoscit·per se autem nō co
gnoscit in speciali·sed tm̄ in generali·sic aūt cognosce
do ꝛ appetēdo non se disponit sufficienter ad donū gra
tie·sicut p̄ius oñsum est· ¶ Ad illud qō obīcik ꝙ sufficī
cienter se disponit q̄ facit qō in se est·ꝺm ꝙ facere qō
in se est p̄t dupliciter intelligi·Uno modo positiue
qꝛ facit aliquid ordinatum ad gratiā·ꝛ tm̄ facit ḡtum
p̄t·et hoc modo veritatem habet sermo predictus·
Alio modo p̄t intelligi p̄uatiue·vt dicak facere qō
in se est·qꝛ facit quod p̄t·cuius illud non sit ordinatū
ad gratie susceptionem·et hoc modo li·ar·gratia destī
tutuz p̄t facere quod in se est·ꝛ sic predictus sermo nō
haberveritatē· Et per hoc patet rn̄sio ad sequēs·Qō
eīm queritur aut p̄t aliquid aut nihil·ꝺm ꝙ aliquid
posse·illud aliquid nihil est respectu gratie suscipiēde
sicut posse comedere aliquod posse est·nihil tn̄ facit ad
boc ꝙ aliquis suscipiat donū gratie· ¶ Ad illud quod
obīcik ꝙ li·ar·potest detestari culpam virtute propīe
nature·ꝺm ꝙ dupliciter cōtingit detestari culpam·
Aut qꝛ est offensiua maiestatis ꝛ equitatis diuine·aut
quia est lesiua ppie nature· Primus modus detestā
di disponit ad gr̄am gratūfacientē·nec vnq̄ est absq̄
dono gratie gratis date in statu nature lapse·Cogno
scere em̄ ꝙ per culpā offendit deus donū dei est·Alio
modo est detestari peccatum inq̄tum est lesiuum natu
re·sicut aliqs detestatur fornicationem·quia per ip̄am
amisit visum vel incurrit aliū morbum·et talis detesta
tio p̄t esse a virtute nature·sz hec nō disponit ad gra
tiam gratūfacientem·Et sic patent quesita·Patet eti
am qualiter errauerit pelagius qui li·ar·nō solū dixit
habere potētiā disponendi se ad gr̄am gratūfacientem
sed etiā merendi eā ppria virtute· Dupliciter em̄ men
dax fuit·et in hoc ꝙ dixit primā gr̄am sub merito cade
re·et in hoc ꝙ dixit etiā li·ar·ppriis viribus ad gratiā
posse se disponere· ¶ Questio II e

¶ Utrum li·ar·oīm gratia destitutū posset alicui tēpta
tioni resistere·Et qō sic videk Brego·in moali·Debi
lis est hostis qui nō vincit nisi volentē· Sed qō aliqs
voluntarie facit p̄t nō facere·ḡ si volūtarie ꝺs cōsen
tit aduersario·p̄t etiā gratia destitutus nō consentire
ac per hoc tēptationi resistere· Itē li·ar·oīm gratia de
stitutum adhuc liberū est·si liberū est·ergo nō p̄t cogi
ḡ p̄t repugnare suggestioni diabolice·ꝛ si hoc·igīk et
resistere nō solum vni sz etiā oīm tēptationi· ¶ Itē bo
num potentius est q̄ quodlibet malū·sed lib·ar·oīm
gr̄a destitutum adhuc habet naturale iudicatoriū qō in
est ei p̄ naturā·ḡ cum illud sit bonum potētius est pec
cato·ꝛ cōcupiscentia·ꝛ tēptatione diabolica inclinan
te ad malū·ꝛ si hoc·ḡ p̄t non solum vni sed etiā culli
bet tēptationi resistere· ¶ Item cū sit triplex posse·vi
delicet gr̄e·nature·et vicī·ꝺm ꝙ dicit in glo·Lol·vī·
posse gratie reddit supra posse nature·sz posse vicī di
minuit·ergo posse nature est supra posse vicī·ergo cir
cūscripta oīm gratia·manēte sola naturali potētia·vi
detur ꝙ li·ar·resistere possit vicio impellenti· ¶ Item
sicut li·ar·vertibile est ad malum·ita quelibet creatura
vertibilis est in nō esse·sed multe creature cōseruantur
inesse sine aliqua gr̄a gratis data p naturalis p̄incipia
et diuinā p̄sentiā·ḡ pari ratione videk ꝙ per lib·arb·
gratia destitutū·ppria virtute absq̄ aliquo dono gra
tie supra apposito possit aliqs casum in peccatum effu
gere· ¶ Item demones habent sibi data integraꝛ splē
didissima·ergo multofortius li·ar·hois lapsi·sz li·ar·

non lapsum per se poterat temptationi resistere. g̃ pa/
ri ratione vr q̃ li. ar. lapsum hoc possit. etiã si sit omni
gratia destitutũ. Si forte tu dicas q̃z si sit integrũ quã
tũ ad naturã potentie. infirmatũ tñ ẽ z diminutum q̃/
tum ad habilitatẽ cõsequentem adeo vt non possit resi
stere. Tunc ego quero aut põt aut nõ põt. Si põt ha/
beo ꝓpositũ. Si nõ põt. z nullus ẽ inculpandus in eo
qõ vitare nõ potest. g̃ aut li. ar. nõ resistendo tẽptatiõi
non peccaret. aut in peccando nõ esset vituperabile. sz
vtrunq; boz ẽ impossibile. g̃ restat alterz sez q̃ possit tẽ
ptationi resistere. Sz cõtra. Matth. vj. Et ne nos in/
ducas in temptationẽ. dicit in oratiõe dominica. sz nul
lus ab altero postulat qõd põt ꝑ seipm. si g̃ hõ sapienter
petit a deo. vr q̃ hõ nõ possit homo ꝑ li. ar. absq; aliq̃ do
no gratie gratuito. Itẽ Aug⁹. diffiniens li. ar. sicut ha
bitum est supra. dis. xxiij. dicit q̃ li. ar. est facultas vo
luntatis z rõnis qua bonũ eligitur gratia assistente. et
malum gratia desistente. Si igitur hec ratio recta est.
nisi assit diuina gratia. li. ar. malum eliget. g̃ nulli tem
ptationi resistet. Item sup illud Roz. vj. Velle adia/
cet mihi. glo. naturale est quo dãmõ velle bonum ꝑ rati
onem. Sed tale est hõ velle q̃ semp vi carnis superatur. g̃
videtur q̃ absq; adiutorio gratie semp cum temptat cõ
sentiat homo culpe. Item li. ar. in ꝓeligendo semp se
quitur affectum ꝓdominantẽ. z hoc exꝓsse determinat
Anſ. in li. de li. ar. z per experientiam est manifestum.
sed absq; gratia saltem gratis data lib. ar. corrupto re/
gnat amor. ꝓꝑij boni. g̃ videt q̃ semp illud peligat quã
tum est de se. nisi gratia diuina assistat. g̃ idem qõd ꝓ⁹.
Item mors non inest nobis nisi per peccatum. g̃ vbi ẽ
necessitas moriendi. nisi assit gratia. ibi est simpliciter ne
cessitas peccandi. sz vbi est necessitas peccandi non est
potestas resistendi temptationi. si igit hanc hz li. ar. ꝑ
ut gratia destitutũ. patet z̃. Item habens pedem clau
dum cum ambulat necesse hz claudicare. g̃ si pes spũa/
lis est habens affectum deordinatũ z obliquũ. necessario
claudicat in suo actu. g̃ necessario li. ar. gratia destitutũ
cum sit lapsum z obligatũ. precipitabit in peccatũ. q̃ si
38 hoc. impossibile est q̃ absq; dono gratie temptatiõi re
sistat. Rõ. ad predictoz intelligentiã est notandũ q̃ ali
qui senserunt li. ar. ſm statuz in quo nunc est absq; mu
nere gratie omni posse temptationi resistere ꝓpria vir
tute. q̃si hoc nõ esset. peccatuz ei imputari non deberet
Sed hec positio plane falsa est. z contra sacrã scriptu/
rã. z contra sanctoz testimonia. Si em̃ nemo põt resi/
stere temptatiõi de luxuria nisi per continentiã. nemo
temptationi de infidelitate nisi ꝑ fidem. continentiam
aũt z fidem non contingit habere absq; dono gratie di/
uine. iuxta qõd dicit Sap. ix. Non possum esse cõtinẽs
zc. j. Coz. xij. Alij datur fides in eodem spũ. planũ est
q̃ ipsa sacra scriptura dicit q̃ li. ar. absq; munere gra/
tie non potest omni temptationi resistere. Hoc etiam
multipliciter ꝓbat Aug. in li. de ꝓfectione iusticie bo/
minis. z de natura z gratia. z in li. de vera religione di
cit exꝓsse q̃ ḣ non vult ab alio superari. necesse hz alij i/
uidere. z ita vir superbus necesse hz peccare aliqñ pecca
to inuidie. similiter z in alijs generibꝫ peccatoz intelli
gendum est cẽ. Et ꝓpterea illa positio pelagij tanq; er
ronea reprobanda est. Hoc autem fuit qõd accepit pela
gius q̃ li. ar. nunq; destituitur omni gratia gratis da
ta. z ipse posse gratie. attribuit ipsi nature. Superbia
em̃ excecatus nesciuit distiguere inter dona naturalia
z gratuita. Alioz vero positio fuit q̃ li. ar. lapsuz om
ni gratia destitutum nulli posset temptationi resistere
ꝑ eo q̃ lapsum est. z in lapsu suo adeo est infirmatum z
obliquatum. q̃ nisi assit diuine misericordie donum in/
curuatur adesse malum quod sibi suggerit z confertur
Et innuit ꝑ illam glosam. q̃ dicit sup illud ps̃. Immitti/
siones ꝑ angelos. Diabolus potestatem hz in pecca/
tore sicut in ꝓprio pectore. Et ex hoc arguunt q̃ nisi as/
sit diuinum auxilium. facile illud ꝑ voluntate sua rue/
re de peccato in peccatũ. Item alia glo. sup. j. Abac.
Nesciebã eũ tãtã potestatẽ accepisse vt viribꝫ eius ne
mo possit resistere. Hoc intelligendum est esse dictum
ꝑ se absq; auxilio diuine gratie. Et si tu obijcias. q̃ tũc
homo culpandus non esset. respondent ꝑ illud qõd di/
citur in glo. Roz. vij. Nõ ego operor sz qõd habitat in
me peccatum. ibi. glo. Nun quid q̃ inuitum hominez
dicit peccare immunis videri debet a crimine. non vti
q; Ipsius enim vicio z desiderio hec cepta sunt. q̃ em̃
mancipauit se ꝑ assensum peccato. iure dominat illius
Sed illud valde durum videt dicere q̃ lib. ar. in statu
tali nulli possit temptationi resistere. cũ naturale hz in
dicatorium z quendã instinctum naturalem remurmu
rantẽ contra malum. cum non sit etiam in malo confir
matũ. Ideo est tertia via mediuz tenens inter hec duo
extrema q̃ li. ar. omni gratia destitutum. nec omni pos
sit temptationi resistere. nec necesse habeat omni tẽpta
tiõi succumbere. Non possit inq; omni resistere ꝓpter
suam instabilitatem z infirmitatem Juxta illud Tre/
no. iij. Peccatum peccauit hierusalem. ꝓpterea instа/
bilis facta est. Et glo. sup illud Treno. iij. Misericoz/
die domini zc. Non potest homo diu stare cõtra insul
tus diaboli. nisi mia domini adiuuetur. Unde si contiꝫ/
geret hominẽ resistere vni temptationi. tantũ possent
multiplicari q̃ nisi diuinum auxiliũ adesset. necesse ha
beret homo deficere. sicut potest exemplũ in foraminibꝫ
nauis ꝑ que ingreditur aqua. Potest etiã exemplũ po
ni in pugile. qui cum se cooperit ex vna ꝑte contra ictũ
et ex altera discooperit. a magis experto pugnatore ledit
Sic z diabolus frequenter facit pluribꝫ quibus ꝓten/
dit temptationem de luxuria. z ex hoc q̃ non consenti/
unt. facit ipos prosilire in superbiam. nec vnq; põt cui
tare homo quin in aliquã temptationez incidat. z hoc
ꝓpter suam instabilitatẽ. Propter suam etiã infirmita/
tem necesse haberet in aliquam temptationẽ incidere.
Cum em̃ sit obtenebratus ignorantia. z alligatus car/
nis cõcupiscentia. tẽptationẽ carnis z infirmitatis nõ
posset euadere quin etiã aliquando cõsentiret. nisi ad/
iuuaret aliquo munere diuine gratie. ¶ Per iam dicta
patet responsio ad questionẽ ꝓpositam. patet etiã ꝓ
parte rñsio ad obiecta. ¶ Ille em̃ rõnes que scõo ꝓbant
q̃ contingat temptatiõi resistere. si concluderent de tẽ
ptatione in particulari concedende essent. q̃ vero con
cludunt q̃ contingat absq; gratia omni temptatiõi re/
sistere. ideo oportet eas dissoluere. ¶ Ad illud g̃ qõ obr̃ 39
primo q̃ diabolus non vincit nisi volentẽ. dñm. q̃ ve/
rum est. alia tñ sunt q̃ sic volumꝰ q̃ ad illas voluntas
nostra necessario inclinat ꝓter corruptiõnẽ originalis
culpe. nisi esset aliqd munus gratie ꝑ qõ releuet z diri/
gatur. ideo q̃uis vincat volentem. non tñ sequit q̃ hõ 40
absq; gratia possit resistere. ¶ Ad illud qõ obr̃ q̃ lib. ar.
non potest cogi. iam patet responsio. Nõ em̃ ẽ ibi coa
ctio. sz tanta ẽ ad malum inclinatio z voluntatis ꝓ/
nitas. q̃ nisi esset aliud sustentans. necesse haberet mo/
tu voluntatis aliqñ in malum incidere. ¶ Ad illud q̃ 41
obr̃ q̃ bonum est potentius malo. dñm q̃ verum est ꝑ
se loquendo. sz quãdo bonũ subijcit se malo. malum tũc

opak p virtutē boni. ⁊ sufficit sibi bonū. ⁊ p hunc modū in homine hz regnare peccatū sicut dicit Aplus. Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et per hoc patet responsio ad sequens qđ obūcitur de posse natu/
42 re ⁊ de posse vicij. Posse enim vicij presupponit pos/se nature. ⁊ ipam naturam deordinando efficit ipa natu ra potentius. sicut videm⁹ in aliquo morbo qui adhe/
43 ret virtuti naturali. Ad illud qđ obr̄ q vertibilitas nature stabilit absq; munere gratie superaddite. dōm. q non ē simile. q. ⁊ si natura propter defectū sit vertibi lis in non esse. tn totum quod in ipsa est naturaliter et determinate appetit esse. Et q. deus cōseruat rem fm q appetit. iō sola diuina ptia p ppriam naturā cōseruat creaturas. Li. aūt ar. lapsum indifferenter appetit licita ⁊ illicita. ⁊ phibita ⁊ concessa. ⁊ cum magno impetu ad malum tendit. ideo ad hoc q stabiliat necessariū ē el aliquod donū gratie. Ad illud qđ obr̄ q li. ar. integrū
44 est. respondendū ē sicut dicebat in opponendo q hoc i/telligit quantū ad essentiam potentiaz. non quantum ad pfectionē habilitatū consequentium. Et si querat vlterius. vtrū possit resistere vel non. dōm q de aliqua temptatione p se non potest. si tn cōsentiat nō est a cul/pa immune. ppter hoc q adiutoriū gratie sibi presto est si vellet suscipere. Propter hoc etiā q. ex ppria sua culpa deuenit i illā necessitatē. Et hoc ē qđ dicit Aug. q. q. homo noluit vitare peccatū dū potuit. inflictū est ei vt non posset cuz velit. Hoc etiā dicit mgr̄ supra di. xxv. q post peccatū ante repationem gre. li. ar. p̄mitur a cōcupiscentia ⁊ vincit. ⁊ ideo potest peccare ⁊ non p̄t non peccare. etiam damnabilit. Et sic patz q rōnes cō/cludentes li. ar. p se posse resistere temptatiōi nō cogūt de necessitate. Ad rōnes ꝯo ad oppositū quibus ondi
45 tur q non possit temptationi resistere. facile ē rndere. Si enim cōcludant q necesse haberet aliqñ cadere. de plano sunt concedende. Si aūt aliqs p eas velit argu ere de li. ar. q in omni temptatione succūberet. rndeti potest ad primū de oratione q illud petit nō q. nō pos/
46 sit alicui temptationi resistere. sz q. nō potest omni resi stere p se. Ad illud qđ obr̄ q li. ar. eligit malū gra desi stente. dōm. q illud nō intelligit semp sz aliqñ. Ad il/
47 lud qđ obr̄ q velle nature semp supak. dōm. q illud nō intelligitur. q. in omni temptatione discedat homo a naturali rectitudine voluntatis. sz q illa rectitudo nō
48 est tāte virtutis q possit absq; gratia dei eripere hoiez a seruitute peccati. Ad illud qđ obr̄ de necessitate mo/riēdi. dōm q necessitas moriēdi nō ineſt hoi ppt̄ petm̄ qđ ineſt sz ppt̄ petm̄ qđ infuit. Vñ illō nō ꝯcludit q ne cessariū sit hoiez peccare. sz q necessariū sit hominē pec
49 care vel peccasse. Ad illud qđ obr̄ q li. ar. sequit affe/ctum p̄dominantem. dōm. q affectus nō p̄dominak in homine respectu cuiuslibet mali qđ suggerit. sicut patet in auaro cui suggerit bonoz suoz dissipatio. vl p̄digo bonoz suoz retentio. ⁊ iō non sequit q cōsentiat omni petō. Preterea qui afficitur circa aliquid in habitu. p̄t in aliqua consideratione magis affici circa eius oppositum in actu. sicut homo frequenter irascit circa rē quā multum diligit. Ad illud qđ obr̄ de claudicatione pe/
50 dis. dōm. q nō ē simile. q. actus ambulationis nunq̄ separari p̄t a dispositione claudicatiōis in pede claudo. non sic aūt ē de actu affectionis respectu deordinati onis que ē in li. ar. ppter multitudinē motuū ⁊ affectuū q̄ consurgunt in nobis ex diuersitate cōsiderationū si/cut preactū est. ob quā mō mouet hō ad vnū. modo ad eius oppositum. ⁊ ideo aliqñ motu recto. aliqñ oliquo

Per hec aūt que dicta sunt patz responsio ad obiecta ⁊ ad consimilia que obūci possunt in hac materia. Ad illas aūt duas glosas q in soluendo adducte sunt. qui/bus vr̄ innui q li. ar. absq; omni gratia rēptationi pos/sit resistere. intelligende sunt. nō q. diabol⁹ plenū pos/se habeat sup hominē quantuz ad actū temptandi. ⁊ q homo nullo mō possit ei resistere. sz hoc intelligit q̄tū ad hoc q posse hz in eius morte ad infernalia supplicia nullo impediente ptrahere. ita q homo viribus eius nō potest resistere.

Questio III f

Utrū li. ar. omni gratia destitutū possit in aliquid bo/num in genere. Et q sic vr̄. Virtus cōsuetudinalis nō dat nouā potentiā voluntati. sed solum reddit eam fa/cilem. si igit voluntas hīs virtutē consuetudinalē po test in bonū in genere. ⁊ bonū ex circumstātia. vr̄ q tūc possit carere virtute. licet cum difficultate. Item brutū bruto p naturā potest compati. q. ⁊ homo homini p na turā potest cōpati circumscripto omni bono gratie. et si potest compati ⁊ misereri potest ⁊ elymam largiri. et hoc est bonum in genere dare elemosynā indigenti. er/go ⁊c. Item vicium nō fortificat naturā. sz homo va/ne gloriosus potest predicare euangeliū vel facere ali/quō opus bonū in se. q. si hoc p̄t homo ꝛpraua⁹ vicio inanis glorie. multo fortius p̄t hoc ex ptāte nature. Item difficili⁹ ē auaro dare omnia q hz q̄s dare ptē cō/rū que hz. sz auarus absq; omni dono gratie potest fie ri prodigus. ⁊ dissipare omnia bona sua. q. multo fortī us absq; omni dono gratie vnā elemosynā. cū illud sit multum facilius. Item aut li. ar. omni gratia destitutū potest in aliqđ bonum. aut non. Si nō. q. nullius ē po tentie. Si potest in aliqđ. cum principiū qđ est volun tas distinguak a principio qđ ē natura. illud nō tn erit bonū naturale. sz etiā bonū morale. sz minimū iter om/nia bona moralia est bonū in genere. q. ⁊c. Sz contra. domin⁹ Job. xxij. Sine me nihil potestis facere. glo. Nec parū boni. Igit absq; auxilio gratie ex li. ar. non potest pficere aliquid boni. Item. ij. Loz. iij. Non q sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Si igit bonū cogitare hoc est initiuz omnis bo ni. ⁊ hoc non possumus p nos. q. nullū bonū posse p̄t li. ar. diuina gratia destitutū. Item Aug⁹. ad bonifa/pā. Nō p̄t homo aliqđ boni velle nisi adiuuet ab eo q malū nō p̄t velle. Item Isid. Sciāt ꝛfensores li. ar. nihil boni li. ar. posse. nisi diuīe gratie iuuamīe sustēte/tur. q. redit idē sic pr⁹. Ire Bern. sup Can. omel. xxxij. Sciant inquit hostes gratie. nec ad bonū cogitandū sufficere cor humanū. Et expressius in li. de li. ar. Tria in nobis de⁹ operatur. cogitare. velle. ⁊ pficere. Primū sine nobis. scōm nobiscum. tertiū p nos. Item in eodē li. ca. viij. Velle siquidē in nobis ē ex li. ar. nō aūt posse qđ volum⁹ non dico velle bonū. aut velle malū. sz vel/le tm̄. Ex his omnib⁹ autoritatib⁹ cōcluditur q lib. ar. gratia destitutū nō possit in aliquod bonū quantūcun
52 q̄s paruū. R⁹. ad predictoz intelligentiā ē notandū. q opus aliquod tripliciter p̄t dici bonū. Uno mō dici tur aliqđ bonū simplicit. ⁊ hoc est bonū qđ est ordina/tū in finem. ⁊ tale est bonū qđ est meritoriū. ⁊ in huius modi bonū nō p̄t lib. arb. lapsum absq; auxilio gratie gratumfacientis. Scđo modo aliqđ dicit bonū ex hoc q aliquo mō de congruo disponit ad bonū. ⁊ tale est bo/nū qđ fit extra charitatē. nihilominus tn cum recta in/tentione. ⁊ in tali nō p̄t li. ar. absq; munere gratie gra/tis date p qđ illuminet ⁊ dirigat ⁊ excitet. vt velit face

ere aliq̃d qđ sit deo placitum. Et q ad ħ sit mus gra/ tie necessariũ expresse innuit. sap. viij. vbi dr. Sciui qm aliter nõ possum esse ꝯtinens nisi de⁹ det. z hoc ipsum erat sapia. scire cuius donũ hoc eẽt. Un nõ est quũ do/ num gre cognoscere ipm mus gratie. z cognoscere q si ne gratia hõ saluari nõ põt. Tertio mõ dr aliq̃d bonuz q; in finẽ est ordinabile. z hz aliquã ordinatiõez intra se siue ex trãsitu sup materiã debitã. sicut pascere esurien tem. siue ex debita circũstãtia supaddita. vicz cum hoc faciat cum exigit temp⁹ z locus z oportunitas. Ad il/ lud aũt gen⁹ boni cõplendũ. z si gra gratis data sit ne/ cessaria ad hoc q fiat faciliter. circũscripto tñ omni mu/ nere gratie. z li. ar. relicto in puris naturalib⁹. q natu/ rale iudicatorũ z instinctũ posset in tale bonũ deo sibi cooperãte. sicut cooperat alijs creaturis. Nã sine pri/ mo agente nullũ agens põt agere. sicut suo loco infra manifestabit. cum agit. vtrũ omis actio sit a deo. Ad pñs aũt tantũ dixisse sufficiat q li. ar. sola dei cooperati/ one. absq; aliquo munere gre (licet difficiliter) põt erí/ re in aliq̃ bonũ morale. q illud tñ nec disponit ad gra tiam. nec ad gloriã. q nõ est in finẽ vltimũ ordinatũ. sz tñ ordinabile. z istud ꝯcludunt rõnes ad pmam ptem inducte. z ideo ꝯcedẽde sunt. In bonũ aũt qđ ducit ad bonũ pfectũ. siue merito congrui. siue merito condigni nõ põt absq; auxilio dei. sicut exp̃sse dicũt auctoritates sanctoz ad ꝯtrarũ adducte. z sic oẽs intelligende sunt Et q isto mõ debeãt intelligi planũ est. Naz si li. arbi/ in solis naturalib⁹ suis relinquat. adhuc remanebit ei rationis iudiciũ q quod cognoscit ptentes cẽ honoran/ dos. z constat q si hz hoc naturale iudicatorũ. q illud q quod põt nosse ptentes cẽ honorandos. q illud põt co gitare. z cũ habeat naturalẽ instinctũ potest velle. z cũ habeat exteriora organa sibi subseruiẽtia põt opere im/ plere. sed qm illud facit iudiciũ rõnis recte. absq; mu/ nere gratie nõ dirigit ad obtinendũ finem q deus est. z mercedẽ eterne beatitudinis. quã nosse nõ potest nisi deus reueler. Et propterea dicũt sancti q nec cogitare nec velle. nec facere. potest bonũ absq; iuuamine diui/ ne gratie. q loquunt de bono fm q est ordinatũ ad as/ sequendũ beatitudinẽ. Si aũt intelligant auctoritates de alio bono. tunc noie gratie nõ est intelligend⁹ aliq̃s habitus supaddit⁹ naturalib⁹. sz intelligit gratuita dei influẽtia q quam cetera ꝯseruat z adiuuat vt cõpleant opationes suas. Et sic intelligit illud verbũ Joh. xvij. Sine me nihil potestis facere. Et illõ Isaie. xxvj. Om nia opa nostra in nobis. o. e. domine. z ꝯfilia. Et sic in telligẽdũ est illud qđ dicit in li. de cognitõe dei. q nul/ lus pt aliq̃d addiscere nisi de⁹ docerat. Hoc em̃ nõ dicit q; ois cognitio fit infusa. sz q; lumẽ creatũ nõ põt pfice re opationẽ suã absq; cooperatione lumis increati q qđ il luminat ois hõ qui venit in hũc mundũ. Et hoc mõ in telligenda sunt verba Dyoni. z alioz sanctoz qui di/ cunt q ois eẽntia z ois vita a pma vita. z ois intelligẽ tia a pma intelligẽtia. z ois bonitas a pma est bonita/ te. Nec em̃ dicta sunt. nõ q; de⁹ sit tota causa. sz q; sine ipo nõ põt agere aliqua virt⁹ creata. Patet igit ex p dictis quãtũ sit necessaria li. arbi. gratia gratũ faciens q; sine ea nõ põt a peccato resurgere. nec pt aduersariũ vincere. nec pt mãdata dei implere. Patz nichilominꝰ quãtũ sit necessaria gra gratis data. q; sine ea nõ pt li/ ar. ad gratiã gratũ faciẽtẽ se disponere. nõ põt etiã omi tentatõi resistere. nõ pt etiã in aliq̃ bonũ quãtũcunq; modicũ qđ sit ordinatũ ad salutẽ. Et licet possit in ali/ q̃ bonũ morale. vix aut nunq̃ faceret nisi malũ. ꝓter peccati originalis corruptionẽ. Et ex his manifeste cõ uincit error pelagij z superbia qua se ꝯtra diuinã gratiã erigebat. z ingrat⁹ gre dei. sibi qđ erat gre vsurpabat. z dũ hoc agebat. seipm a munere diuine gratie elongabat. z ꝓterea error iste cauẽdus est nõ modicũ. Un Bern. in li. de li. ar. c. xviij. Cauendũ est. ne cũ hoc sit bonum ꝓpositũ. inuisibiliter intra nos aut nobiscũ excitari senti mus. aut volũtati nre attribuam⁹ que infirma ẽ. aut dr necessitati q̃ nulla est. sz soli gratie qua ds plen⁹ est. hec li. ar. excitat. cũ seminat cogitatũ. sanat cũ inuitat affe/ ctum. roborat vt ꝓducat. seruat ne sentiat defectũ. Sic aũt. cũ li. ar. opat. vt illud ꝑmo ꝓueniat. in ceteris cõ/ tet. ad ħ tracꝯ ꝓueniẽs vt sibi deinceps cooperet. ita tñ q gra ceptũ ꝓter abvtroꝯ pficit vt mixtim nõ sigillatim simul nõ vicissim per singulos ꝓfect⁹ operent. nõ par/ tim gra nõ ptim li. ar. sed totum singula opere indiui/ duo peragunt totum quidẽ hoc. z totum illa. sed vt to/ tum huic vel in hoc sit. totum est ex illa.

73

Distinctio. xxix. de potestate li. ar. primi ho/ minis vtrũ eguerit gratia opãte z coopante fm statum nature institute.

Post hec considerandũ tẽ. Supra oñdit magi/ ster quantũ li. ar. indiget auxilio gratie fm sta/ tum nature lapse. in hac pte inqrit vtrũ eguerit gratia opante z coopante fm statũ nature institute. Di uidit aũt pars ista in duas ptes. In quaꝝ pma determinat de auxilio gre qđ collatũ fuit homini añ pcm̃. In secũda p oppositũ determinat de supplicio pene qđ inflictũ fuit homini post pcm̃. ibi. In illo quoq; pcõ

Inquirit vtrũ liberũ arbitriũ hois añ lapsum eguerit gratia opante z coopante. a

Post hoc consi/ derandum ẽ vtr hõ añ pcm̃ eguerit gra opãte z coopante. Ad qđ breuit dicim⁹. q; nõ co/ operãte tñ. sz etiã opante gra indigebat. nõ qui dem modũ dẽ fm oẽm opandi modũ opantis gratie. Opat pena. tẽ. Prima ps hz duas. In pma inqrit magister vtrũ li. ar. hois añ lapsum grã eguerit. Secũdo vero vtrũ in statu illo gratiã z virtutes habuerit. ibi. Preterea queri solet vtrũ hõ añ lapsum. tẽ. Similiter secũda pars pncipalis duas hz. In pma determinat cuiusmodi pena hõ fuit punit⁹ ꝓpter peccatũ. vicz pena expulsi onis de paradiso. Ubi etiam explanat verba scripture circa hãc materiã. In secũda remouet dubitationẽ que er dictis hz originẽ. ibi. Põt aũt queri vtrũ de ligno vi te. tẽ. Et sic terminat illa totalis ps in q̃ egit magister de pmi hois lapsu. z quantũ ad peccatũ q quod cecidit z quantũ ad adiutoriũ q quod stare potuit.

em̃ liberãdo z ꝑparãdo volũtatẽ hois ad bonum Egebat itaq; hõ ea. nõ vt liberaret volũtatẽ suã que peccati serua nõ fuerat. sz vt ꝑpararet ad vo lẽdũ efficaciter bonũ qđ p se nõ poterat. Nõ em̃ poterat bonũ mereri sine gra. vt Aug⁹. in ench. euidenter tradit. Illã inqt imortalitatẽ in q̃ pote rat nõ mori natura humana pdidit p liberũ arbi trium. Hanc vero in qua nõ poterat mori acceptu

a Dicimus Adã quidẽ nõ tũc habuisse has virtutes qñ peccauit tẽ. Cõtra videt dicere falsum. qz si nõ habuit eas qñ peccauit. g̃ añ amisit eas q̃ peccaret. sz virtutes nõ pñt amitti sine peccato. g̃ añ peccauit q̃ peccauit. Juxta hoc querit vtrũ bõ qñ peccauit erat sapiens vel stult⁹. Si sapiẽs. g̃ nõ peccabat. Si stult⁹. g̃ ñ videt stulticia eẽ pena peccati.

b Rñdeo. dõm. q tps comissionis peccati Ade põt dupliciter determinari. Aut fm inchoationez. aut fm cõsumationẽ. vtroq; istoz modoz fm magistri hz veritatem fm intellectũ differẽtẽ. Si em̃ intelligat de initõ vt sit sensus. nõ habuit virtutes quãdo peccauit i. qñ peccare inchoauit. dõm q fm iste intelligit q nõ habuit virtutes quãtuz ad vsum. licz haberet ẽ virtutes qntum ad habitum Vñ i pcti sui inchoatõe q̃dam̃ ẽ virtutes hũit q̃dã a mõẽ virtute caruit. hũit fm hitũ. sz caruit fm vsum Si aũ intelligat õ tpe cõsuatõis peccati. sic cum cõsumatio peccati fuerit in instanti. z simul sunt peccatum cõsumari z eẽ sic etiã põdict⁹ sermo veritatẽ hz. Nõ solũ ꝓpter hoc q Adã tũc non habuit virtutes q̃tũ ad vsum. verũ etiã quãtũ ad habitũ Si enim habuit tũc peccatum. cõstat q nõ habuit virtutis habitum. Sicut em̃ in peccato simul est cõsumari z cõsumatũ esse. sic z in habitu virtutis simul est amitti z amissum eẽ. z si amissus est nõ habeẽ. Planũ est igit q quãdo peccauit. virtutes nõ habuit. nec tñ ex hoc sequit q nõ amisit. Amittere em̃ in his q̃ subito amittunt nõ ponit habere in actu sz habuisse de ꝓterito z nõ habere de pñti. hoc sũt melꝰ manifestat in qrto tractatu de iustificatione impĩ. Et q hoc patẽt illa duo que obiecta sunt.

Ambro.

ra est ꝓ gratiã. quã fuerat si nõ peccasset acceptura ꝓ meritũ. Quãuis sine gra nec tunc vllũ meritũ eẽ potuisset. qz z si ipm peccatũ in solo erat arbitrio cõstitutũ. nõ tñ iusticie hñde vl're tinẽde sufficiebat libe ex arbitrium. nisi diuinũ ꝓberet adiutoriũ. Ecce his verbis satis oñdit q añ pctñ hõ idigebat gra operãte z coopante. Nõ em̃ hẽbat q̃ pedẽ mouere posset sine gre opantis z coopãtis auxilio. habuit tñ quo poterat stare.

c Vtrũ hõ añ lapsum gram et virtutes habuerit.

b Preterea q̃ri solet vtrũ hõ añ lapsum virtutem habuerit. Quibusdã videt q nõ habuerit. id ita ꝓbare conãtib⁹. Justicia inquint nõ habuit qz ꝓceptũ dei ptẽpsit. Nec prudẽtiã. qz sibi nõ ꝓuidit. Nec tpantiã. qz alia appetijt. Nec fortitudinẽ. qz praue suggestioi cessit. Quibus rñdẽtes dicim⁹ adã q̃dẽ ñ tunc habuisse has virtutes qñ peccauit sz ante. z tũc amisisse. Qõ mltis sctoz testimonijs cõprobat. Ait em̃ Aug⁹. in q̃dam omelia. Adam ꝓdita charitate malo inuẽto ẽ. Itẽ ꝓnceps viciorum dũ vicit Adã de limo terre ad imaginẽ dei factũ. pudicicia armatũ. tpantia cõpositũ. charitate splendidũ. ꝓmos parentes illis donis actãtis bonis exoliauit piterq; pemit. De hoc eodẽ Amb. ad sabinũ ait. Quãdo Adã sol⁹ erat nõ est ꝓuaricatus. qz ei⁹ mẽs deo adherebat. Sup ps. q̃ dicit. Q hõ añ peccatũ beatissim⁹ aurã carpebat ethereã Sz quõ sine virtute beatissim⁹ erat. Aug. q̃ sup Gen. dic. Adã añ pctñ spiritali mẽte ꝓditũ fuisse. Nõ est g̃ dubitãdũ hoiez añ peccatũ virtutib⁹ fulsisse. sz illũ ꝓ pctñ expoliatũ fuisse.

d Determinat cutusmodi pena hõ fuit punit⁹ ꝓpter pctñ. sz pena electõis de paradiso.

e In illo q̃ peccati penã electus est de paradiso in istũ miserabilẽ locũ. sic in geñ. legit. Nũc ergo ne forte mittat manũ suã z sumat de ligno vite. z comedat z viuat in eternũ. emisit eũ deus de paradiso voluptatis his verbis insinuari videt q nunq; moreret. si postea de illo ligno sumpsisset.

f Quomodo intelligẽdũ sit illud ne sumat de ligno vite z comedat z viuat in eternũ.

g Sz qz ꝓ peccatũ iam mortuum corp⁹ habebat. illa verba ex tali intellectu accipi pñt. Deus mõ irati loquẽs. de hoie supbo ait. Videte ne forte mittat manum suã tẽ. id ẽ. cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indign⁹ est. de quo si pstitisset comederet z viueret in eternũ. Sz mõ ꝓpter inobediẽtiaz indign⁹ est comedere. Et sicut verbo dixit. ita ope exhibuit. Emisit em̃ eũ de⁹ de paradiso voluptatis in mũdũ istũ locũ sibi congruũ. sicut plerũq; malꝰ cũ inter bonos viuere cepit. si meliꝰ mutari noluerit. de bonorum ꝓgregatione pellit põdere praue ꝓsuetudinis pressus.

h De flammeo gladio ante paradisum posito.

i Nevero ad illud posset accedere. collocauit de⁹ añ paradisum cherubin z flameũ gladiũ atq; versatilẽ ad custodiendaz

Contra Sil hoc Augu. sic vez eẽt. sequeret per Ge. q Adam ex primo peccato non incidisset in necessitatem moriendi. qđ est ꝓtra retrũ in qcunq; die comederit mor. mo. Itẽ lignũ vite signũ erat illius ligni vite qđ xps Gen. ii. ẽ. qđ ẽ in medio paradisi ecclesie. sz istud lignũ poterat obesse q̃ ꝓsit illis q̃ digne sumũt. g videt q si Adã comedisset de illo ligno. potius sibi nocuisset q̃ ꝓfuisset. ergo nõ viueret in eternũ. Rñdeo. dz cendũ q verbũ illud est verbũ dei omnipotentis loqntis ad angelos. Vñ ista supplenda est sic. Nũc g supplevit dñs ne mittat manuz suã tẽ. Hoc aũt dixit dñs. ñ q Adã in eternũ viueret. si p⁹ peccatũ comederet. sz qz longioz viri esset tpe. Vñ verbũ illud ꝓ itelligi fuisse verbũ mẽe. q dñs volebat ipz diu viuere in calamitate pñti. vt ꝑ quã retrusus erat merito culpe. Vel ꝓ cẽ verbũ rigoris in stricie Et q Adã gustãdo cibũ ligni vetiti se indignuz reddiderat ad pcipiẽdũ effectum ligni vite. iõ dñs in verbo ꝓmisso in q̃ fert sniam̃ ꝓtra eũ. indicat se Adã duplici bono ꝓuari. vicz ligni esu. z ligni effectu. nõ qz posset peccatuz posset ad illũ effectũ ꝓcurre. sz qz merito peccari

vtrūq; meruit amittere. Et sic patēt illa q̄ obiecta sunt
Verūtñ illud qđ obiecit de sacramēto altaris nō est sile
q̄ristꝰ sacramēti ē efficacia specialꝫ. z ei debeķ reuerētia
singularis rōne sue dignitatis z excellētie. nullū aūt bo
rum repiķ in eo q̄ manducat z bibit indigne. nō sic autē
erat in illo ligno
vite. c ¶ Emi
sit eñ eum deus
de paradiso vo
luptatis. Videķ
q̄ hoc nō debuit
deus facere. cuz
em dꝰ sit mato
ris mie q̄ sit hō.
et nos videamꝰ
peccatores susti
neri intra eccle
siam q̄ est paradi
sus queda. nō v
deķ q̄ dꝰ debui
set eū eīcere. sed
potius longani
miter ad pñiam
expectare. Item
quero quare dic̄
mundū istū fuis
se sibi locū con
gruū. Aut enim
erat deteriorat⁹
aut nō. Si non
erat deteriorat⁹
nō videķ q̄ esset
habitatio sibi cō
grua post concu
piscētiā. Si de
teriorat⁹ erat. vi
deķ q̄ magis de
buisset deteriora
ri locꝰ ille in quo
peccauerat q̄ ille in quo nō peccauerat. Juxta hoc q̄ri
tur de quo seruiat iste locus homini. q. mō non seruit.
nec post dīe iudicū seruiet. g̃ videķ q̄ frustra factꝰ sit lo
cus iste. ¶ Rꝺ. dōm. q̄ deus de paradiso boīem eiecit
equo iudicio. ita q̄ simul fuit ibi misc̄dia z veritas. Ve
ritas nanq; fuit ibi. q. sicut angelus de paradiso celesti
electus est. q. ibi peccauerat. z se indignū illo loco red
iderat. sic z homo de amenitate paradisi terrestris eū
ei debuit. Misericordia etiā ibi fuit. vt hō in loco ma
ioris calamitatis exñs. z sciēs se extra paradisum terre
strem eē. q̄si exulē in mūdo seipm reputaret. z pñtem vi
tam tenendo ad bona inuisibilia assurgeret. z illa de
sideraret. z sic ad illā ꝓueniret. Si em talia amaret. i
pediret ne spualia apprehēderet. z si nunc amat corru
ptus concupiscētia q̄n est in valle miserie. q̄nto magis tūc
amaret si esset in illo paradisi amenitate postq; morbo
ri tali inhereret. vt nunq; eternā req̄reret. z ideo cum
eo est actū misericorditer z iuste. Et p̄ hoc patēt dubita
tiones pmisse. patz etiā q̄ nō est simile de paradiso eccl̄ie
patz etiā q̄ locus iste magis est cōgruus statui miserie
etiā si vtroq; deteriorat⁹ esset. Postremo patz q̄ locus
ille frustra nō est. multū em facit ad nostrā eruditionē.
z occasionē nobis p̄bet requirende salutis. in q̄ consi
stat summa etiā perfectio totius vtilitatis humane.

viam ligni vite. Quod iuxta lit
terā pōt hoc mō accipi. Quia p̄
ministeriū angelorū ignea cu
stodia ibi ꝓstituta fuit. Hoc em̄
p̄ celestes potestates in paradi
so visibili factū esse credēdū est
vt per angelicū misteriū ibi es
set q̄dam ignea custodia. nō tñ
frustra. sz q̄ aliq̄d significat de
paradiso spūali. Cherubin em̄
interp̄tat plenitudo scie. hec ē
charitas. q̄ plenitudo legis ē
dilectio. Gladiꝰ aūt flāmeus pe
ne tpales sunt. q̄ versatiles sūt
q̄ tpa volubilia sunt. Illa ergo
ad custodiā ligni vite iō posita
sunt añ paradisum. q̄ ad vitaz
nō redit nisi p̄ cherubin scz ple
nitudinē scie. i. charitatē. z per
gladiū versatilē. i. tolerantiam
passionū tēporaliū.

¶ Determiat dubiū ortū ex p̄
dictis. an scz hō añ pctñ comē
derit de ligno vite. f

¶ Potest aūt queri vtrū de li
gno vite ante pctñ comederit
hō. De hoc Augu. in li. de ba
ptis. par. sic ait. Recte ꝓfecto in
telligunt̄ pmi homies añ malig
nam diaboli psuasionē absti
nuisse a cibo vetito. atq; vsi fu
isse ꝓcessis. His verbis ostēdit̄
q̄ de ligno vite añ pctñ sumpse
rint. q̄bus p̄ceptū erat vt de oī
ligno paradisi comederint. nisi
de ligno scientie boni z mali.

¶ Quare nō sunt facti īmorta
les si comederūt de lig̃ vite. g

¶ Quare ergo ꝓpetua solidi
tate z beata īmortalitate vesti
ti nō sunt. vt nulla īfirmitate vl̃
etate in deteriꝰ mutarent̄. Hāc
em̄ virtutē naturaliter illud li
gnum habuisse dicitur. Sz fo
rte hoc nō ꝓferebat nisi sepe de
illo sumeret. Potuit g̃ fieri vt
de illo sumeret semel z nō sepi
us. q̄ paliquā morā in paradiso
fuisse intelligit̄. cū scriptura di
cat eū ibi soporatū fuisse. quā
do costa de latere eius assum
pta est. z inde formata mulier.
z animalia ante eum ducta qui
bus nomina imposuit.

¶ Sed forte hoc nō conferebat z̄. Innuit magister
q̄ lignū illud nō ꝓferebat īmortalitatē. nisi sepe de illo
sumeret. Hoc em̄ videķ esse falsum. quia immortalitas
perfecta ponit hominē extra statū anīalitatis. sed fre
quens comestio ponit hominē in statu anīalitatis. er
go per frequentē vsum ligni nō
duceret ad p̄fectam immorta
litatē. Item fre
quentatio alicu
ius rei nō vari
at effectū fm̄ spe
ciem. sed solum
confirmat vel in
tēdit. ergo si vni
ca comestio non
poterat facere īm
mortalitatē. vi
detur pari rati
one q̄ nec freq̄n
tatio. ¶ Rꝺ. dō. 4
q̄ magister b du
biose loquit. nec
sine causa. vtra
q; enim pars po
test sustineri sa
tis probabiliter
sz q̄ lignum vi
te vnica comesti
one cōferret im
mortalitatem.
Nec huic obui
at qđ dñs p̄ece
perat Ade q̄ de
omni ligno pa
radisi comederet
p̄ceptū em̄ af
firmatiuū nō ob
ligat ad semper.
sed p̄o loco z tempore. Potest etiā intelligi q̄ nō con
ferret illum effectum vnica comestione sed pluribus. z
hoc quia lignum illud non cōferebat īmortalitatem si
cut causa īmortalitatis principalis z effectiua. sed sicut
dispositiua. Et quēadmodū videmus in medicina q̄
frequentata disponit ad sanitatem ad quā non suffici
enter disponeret semel sumpta. sic z in ꝓposito intelli
gendum est. Et per hoc patent que obiecta sunt. pro
cedunt enim ac si lignum vite esset principale effectiuū
īmortalitatis. De effectu autē istius ligni planius ha
bitum est supra. Hec aūt dicta sufficiant.

HD intelligētiam huis partis in qua agitur de
gratie adiutorio fm̄ statum nature institute. in
cidit hic questio circa tria. ¶ Primo queritur
vtrum homo ante peccatū gratia eguerit. ¶ Secun
do queritur vtrum ante peccatū gratiam habuerit.
¶ Tertio queritur de quantitate gratie quam in illo
statu habuit. Circa primum queruntur duo. Primo
queritur vtrum homo in statu innocentie circūscripto
dono gratie esset deo acceptꝰ. Secundo queritur vtrū
absq; gratia posset exire in opus meritorū.

¶ Questio. I

Utrum absq; dono gratie homo esset deo acceptꝰ in statu innocentie. Et q̃ sic videt Ben. j. Vidit deꝰ cuncta que fecerat & erant valde bona. sed summo bono nõ pt nõ complacere illud qõ est valde bonũ. si ergo hoc inter ceteras creaturas inferiores principatũ obtinebat. videtur q̃ ipe valde bonus erat. & si hoc. ergo deus illum acceptabat. Item Sap. xj. Diligis omnia dñe & nihil odisti eorum que fecisti. sed homo in statu innocentie nihil habebat qõ esset dignũ odio. & totũ qõ habebat a deo factum erat. ergo deus ipsum totaliter diligebat. sed qõ sic a deo diligit ab eo acceptat. ergo ꝛc. Item Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. sz homo fm̃ statum nature institute diligebat deũ ꝓpter se et super omnia. quia rectus erat. ergo videt q̃ etiã preter omnẽ gratiã deus eum amabat. & si hoc. ergo deo acceptus erat. Item artifex creatus cõplacet sibi in opere suo. & illud acceptat quãdo ipm̃ fabricat fm voluntatẽ suam. sed deus qui est summꝰ artifex hominẽ formauerat ad imaginẽ suam. & optima rõne eum cõdiderat. ergo videt q̃ ex naturalibus sibi datis homo deo placebat. Itẽ nihil est qõ plus faciat aiam̃ caram deo & acceptam q̃ sit tota pulcra & nulla sit in ea macula. Sed ania Ade in statu innocentie tota erat pulcra. nulla erat in ea macula. quãtum erat ex naturali conditione. ergo absq; omni gratia supaddita deo erat accepta Item aut deus poterat facere aliquã creaturaz ita bonam q̃ ex puris naturalibꝫ sibi placeret. aut nõ. Si nõ videt q̃ nõ esset omnipotẽs. Si sic. ergo nõ videt q̃ ad hoc q̃ natura placeat deo necessariũ sit supaddi donũ gratie. si igitur homo pfecte cõditus fuit fm exigentiã status nature. videt q̃ deo placebat absq; omni dono gratie supaddite. Sed cõtra Heb. xj. Sine fide impossibile est placere deo. sed fides est donũ supadditũ nature fm q̃ dr. j. Lor. xij. g̃ sine dono gratie nature supaddite nullus potest placere deo. Item Sap. vij. Neminẽ diligit deus nisi illũ qui cũ sapientia inhabitat. sed sapientia est donũ dei nature supadditũ. fm q̃ infra subiungit. ix. c. Mitte illam de celis sanctis tuis ꝛc. ergo absq; dono gratie nature supaddite impossibile est dei amicũ esse. Item Dyo. in li. de angelica ierarchia. lex diuinitatis est inferiora p̃ media. & media p̃ superiora reducere. sed media bona sunt potentie naturales. bona martima sunt gratia & virtutes quibꝫ nõ contingit male vti. ergo fm rectũ ordinẽ ania nõ potest ad deum redire nec deo placere. nisi pficiat̃ p̃ dona virtutum & gratie. Item nihil excellentiꝰ est fm̃ naturã in homine q̃ ipa imago. sed imago indifferẽs est ad h̃ ac/ceptandũ & nõ acceptandũ. g̃ ad h̃ q̃ aliqua ania a deo acceptet. necesse est vltra naturalia eẽ aliqõ donũ naturale supadditũ. Itẽ quoriẽscũq; deꝰ aiam acceptat. eã in ɔiugiũ sibi despõsat. Vñ & aiam dicit spõsam suã in Cant. Sz quãtũcunq; aliq̃ creatura sit excellẽs. semp in infinitũ est deo inferior. g̃ nunq; digna eẽ in ɔiugiuz assumi. nisi deꝰ ex mera liberalitate cõdescẽdat. & hoc ẽ pstare gram. g̃ ꝛc. Itẽ cum deꝰ hominẽ acceptat. filium suũ reputat fm̃ q̃ dicit Johãnis. j. Dedit eis potestatẽ fi. dei fi. Sz creatura quãtũcunq; sit nobilis semper est dei serua. sed seruꝰ nõ põt adoptari in filiũ q̃n filius ei grã. g̃ impossibile eẽ q̃ aliq̃ creatura acceptet a deo sine munere gre supaddite. Rõ. ad pdictoz intelligẽdum ẽ notandũ q̃ dupliciter ɔtingit dicere aliqd acceptari a deo. Uno mõ quadã acceptatione generali. vt idẽ sit acceptare aliqd qõ reputare bonũ. & in bono cõseruare. & hac acceptatõe nõ tm̃ acceptat creatura rationalis. sed etiã oẽ opus dei. Est etiã alia acceptatio spẽalis qua dr deus acceptare illud qõ dignũ reputat eterna beatitudine. & tali acceptatõe nõ acceptat deus nisi creaturã rõnalem. Illa eñ sola est que eiꝰ capax et ꝓceps eẽ potest. Hanc aũt creaturã rõnalẽ tunc acceptat. cũ consecrat in templũ. & adoptat in filiũ. & assumit in ɔiugiũ. Nam aie sancte que deo placẽt. & dicũt templũ dei. & dicunt filij dei. & dicunt spõse dei. fm qõ colligit ex nouo & veteri testamẽto. Primũ genus acceptationis nõ req̃rit supaddi donũ gratie vltra ea que sunt de cõditione nature. Scõm vero genꝰ acceptationis nõ potest nõ esse gratuitũ. tum ꝓpter gratuitam dei ɔdescensionẽ. tum ꝓpter creature exaltationẽ vltra terminos siue status nature. Gratuita nãq; ɔdescẽsio in huiusmodi acceptatiõe necessario requirit. Qm̃ eñ deus imensus habitare velit in aĩa vt in tẽplo. q̃ iterum velit seruũ reputare pro filio. q̃ ancillã suam assumere velit in coniugiũ. hoc nemo dubitat esse iure gratie & condescensionis liberalissime. Creature etiã sublimatio ẽ tali acceptatione vltra statum nature reperit. Qm̃ enim creatura ɔsecretur in templũ. adoptetur in filium. assumatur in coniugiũ. hoc est supra naturale complemẽtum omnis creature. & ideo nec cõsecratio. nec adoptatio. nec vnio anie ad deum fit per aliquã ꝓprietatem nature. sed per aliqd donũ gratie superadditũ qõ anima consecret vt sit templũ. assimiler vt sit dei filia. q̃ faciẽ decorer anime vt apta sit esse dei sponsa. hec aũt oẽs nia facit gratia gratũ faciẽs. cui est adeo iuncta dei cõformitas. vt nullo mõ possit deo dissimilis fieri. Adeo iuncta spiritualis venustas. vt nullo modo possit deformari. & ideo reddit aiam̃ deo acceptam. Et est ratio acceptandi fm illas tres ꝓprietates predictas. q̃ quidem conueniunt ei nõ fm tropum aut transsumptionem. sed fm veritatẽ aut fm ꝓprietatẽ. Et sic patet q̃ homo in statu innocentie gratia gratũ faciente indiguit ad hoc vt deo placeret. Et hec necessitas sumpta est ex parte modi acceptandi. Posset nihilominus et alia ratio sumi ex parte acceptantis. Deus eñ qui omnia fecit in gloriam suã. & nullius indiget laude. poriſsime requirit a creatura rationali honorẽ. Et quia honorem deo exhibemus quãdo in ipsum oĩa referimꝰ tanq; in omniũ autorẽ & finem. nõ decruit deus hominem ꝓducere ad perfectionẽ glorie per aliquid qõ ortũ haberet ex nature ꝓncipijs. sed per munus additũ naturalibus. vt ex hoc homo magis deo gratus esset. & totius salutis sue deo opus attribueret. Et sic patet q̃ nemo potest acceptari a deo absq; munere gratie superaddite nature. & ꝓcedende sunt rationes ad hoc iniducte. Ad rõnes vero ad oppositum planum est respondere ex his que dicta sunt. Nam due ꝑme auctoritates intelligunt̃ de acceptatione & dilectione fm̃ generalem modũ. nos aũt loquimur hic de acceptatione fm̃ modũ specialẽ quo deus acceptat ipsam aiam̃ vt reputet eã dignã eterna gloria. Ad illud qõ obij/citur ego diligentes me diligo ꝛc. Dicendũ q̃ illud intelligitur de dilectione charitatis que nõ est absq; gratia. & hec plurimum differt a dilectiõe naturali qua homo diligebat deum ꝓpter se & super omnia sicut ostensum est supra dis. iij. Ad illud qõ obijcitur q̃ artifex creatus complacet sibi in opere. dõm q̃ istud est verũ de illa generali acceptatione & complacentia qua aliquis reputat aliquid esse bonum. sed de illa acceptati/

one q̄ alicꝫ sic acceptat aliquid vt reputet se illi oblí/
gatum ad retribuendum aliquid magnū. veritatē non
habet. hanc enī solum cōtingit reperire circa opus di/
uinum qō habet libe. arbi. ⁊ circa qō nata est esse laus
⁊ vituperium. ¶ Ad illud qō obȝcitur ꝙ natura insti/
tuta absq; omni gratia esset tota pulcra ⁊ sine macula.
dicendum ꝙ ⁊ si esset sine macula. non tamen esset tota
pulcra ea pulcritudie que est a gratia. Pulcritudo eī
gratie est sancti amoris conciliatiua ſm ꝙ dicit glosa
super illud ps. Ut exhilaret faciem in oleo. glo. Gratia
est quidam nitor animе ad conciliandū sanctum amo/
rem. ¶ Ad illud qō obȝcitur. vtrum deus posset talez
naturam facere ꝙ esset ei accepta absq; munere gratie.
dicendum ꝙ ⁊ si ipse posset omnia tanq̄ omnipotens
natura tamen nō esset capax. vnde impossibilitas ve/
nit ex parte creature. Si eī hoc faceret. nihil aliud eēt
facere q̄ ꝙ faceret donum gratie donum esse nature. ⁊
gratiam esse naturam. Hoc autē impossibile est. cum
donum gratie sit vltra terminos nature. Unde sicut ī/
possibile ē ꝙ homo fiat a deo beatus per naturā cuius
possit creari beatus. quia beatitudo consistit in bono
qō est supra oēm naturā, sic etiam intelligendū est ⁊ in
gratia. ¶ Preterea. esto ꝙ posset facere. nō tamen de/
creuit. quia non decuit. Et ratio huius dicta est. vide
licet vt ex hoc diuina seruetur gloria in cuius preiudi/
cium deus neminē acceptat. Conseruet etiā nihilomi/
nus ipsa gratia que nullo modo potest nec debet esse
ingrata. et ideo sic debet dari vt reputetur esse gratis
data.

¶ Questio. II b

¶ Utrum homo in statu nature institute posset in op⁹
meritoriam ecrire absq; dono gratie. Et ꝙ sic videtur
Auguſt. in lib. de natura ⁊ gratia. Quis nesciat ita fa
ctum hominē vt in eo libe. arbi. iuste viuendo pro pos/
sibilitate ⁊ capacitate sua constitueretur. ergo videtur
ꝙ ex libertate arbitrij naturali posset iuste viuere. ergo
⁊ opera meritoria facere. ¶ Item Dama. Manentes
in eo qō est ſm naturam. in virtute sumus. sed opera
ꝓtuosa sunt meritoria. ergo libe. arbi. in integritate sue
nature manens absq; omni gratia poterat facere ope/
ra meritoria. ¶ Item dei perfecta sunt opera. ⁊ perfe/
ctum est aliquid (vt vult pbus) cum attingit propriae
virtuti. ergo si homo perfectus cōditus est. poterat exi
re in operationē propter quam factus est. hec autē est
operatio per quam peruenitur ad gloriam. ergo ⁊c. ¶
Item in omnib creaturis distantibus a suo termi/
no ad quem ordinantur data est virtus per quam pos/
sint ad illum finem peruenire. sicut patet in igne. qui
cum deorsum est. sua leuitate potest sursum ferri. ergo
aut libe. arbi. miserabilius fuit inter ceteras creaturas
aut si alie creature per naturam habent potentiam per
uenienti ad suum finem. videtur multo fortius ꝙ hoc
homo posset per virtutem nature ante statum miserie.
¶ Item natura nihil facit frustra. nec deficit in neces/
sariis. sed nihil est maius necessarium homini q̄ illud
sine quo non potest beatificari. ergo cum potestas me
rendi huiusmodi sit. videtur ꝙ hec ineſſet ei per natu/
ram oīm gratia circūscripta. ¶ Item circūscripta gra/
tia intelligamus hominē in statu nature seruare diui/
na mandata. aut igitur meretur aliquid. aut nihil. Si
nihil. ergo frustra operatur. sed frustra operari nō po
test esse sine aliqua pena. hoc autem nō poterat esse in
natura instituta. Si aliquid meretur. cum opus rectū
sit ad beatitudinem ordinatum. videtur ꝙ ex puris na/
turalibus mereri possit premium eternum. ¶ Contra
Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Et glo. Nihil aliud
in nobis deus coronat q̄ sua munera. ⁊ ex textu q̄ ex
glosa. colligitur ꝙ vitam eternam non contingit mere/
ri absq; gratia. ¶ Item deus nullo modo indiget bo/
nis nostris. ergo si acceptat bona nostra. hoc non est p
pter aliquam suam vtilitatem. sed si est. hoc est per me
ram benignitatem. igitur nisi diuina iusticia condesce/
dat per gratiam. impossibile videtur ꝙ reputet aliquē
dignum gloria propter aliq̄ opera que faciat. ¶ Item
meritum ⁊ premium debent esse proportionabilia. sed
natura quantūcunq; eminens. improportionabilis est
⁊ alterius generis est q̄ sit beatitudo glorie. igitur im/
possibile est mereri gloriam per pura naturalia. ¶ Item
nobilior est substantia q̄ operatio. ſz deus nunq̄ acce/
ptat hominem absq; munere gratie. ergo nec operationem hominis reputat meritoriam. nisi procedat a libe/ II
ro arbitrio ⁊ a gratia. ¶ Rᵒ. dom ꝙ nō solūmodo gra
tia necessaria ē ad merendū ſm statū nature lapse. ſz etiā ſm
statū nature institute. licet ſm statum nature lapse ma
gis indigeat liberum arbitrium dono gratie. In statu
namq; nature institute necessaria erat gratia. tamen p/
pter conditionem retributionis. quoniam ipse deus bo
norum nostrorum non indiget. ideo nec acceptat ho/
minem propter opera. nec aliquod meritum obligare
potest ipsum ſm rationem dari ⁊ accepti. ideo ad hoc
ꝙ aliquod bonum opus creature ad remunerādū deo
complaceat. necesse est ꝙ ipsius gratuite bonitatis in/
fluentia in operante precedat. per quam creatura ipsi
creatori grata existat. Similiter propter conditionem
retributionis impossibile erat liberum arbitrium me/
reri sine auxilio gratie gratum facientis. pro eo ꝙ illud
premium qō meremur est beatitudo eterna. Beatitu/
do autem eterna consistit in habendo cum qui est om/
nez summum bonum. ⁊ qui est super omnem naturam
exaltatus. ⁊ lucē habitat inaccessibilem. ⁊ ideo impossi
bile est ꝙ homo merendo ad illud summū bonum ascen
dat ⁊ perueniat. nisi per aliquod adiutorium qō sit vl/
tra naturam. sic eī homo in statu nature institute abs/
q; dono gratie mereri non potuit. tum propter condi/
tionem retributionis. tum propter conditionem retri/
butionis. In statu vero nature lapse non solummodo
indiget gratia ad merendum propter has conditiones
sed etiam propter conditionem operantis ⁊ operatio/
nis meritorie. Operās enim in statu nature lapse sem/
per est in peccato ⁊ dei aduersarius ⁊ inimicus. nisi a
peccato releuetur per gratie donum. ⁊ ideo quicquid
faciat. nisi voluntas eius preueniatur a gratia que deo
reconciliet. nihil meretur merito cōdigni. pro eo ꝙ dei
est aduersarius ⁊ inimicus. deus autem opera non ac/
ceptat. nisi prius acceptet personam. sicut innuit Ge/
nesis. iiij. Respexit dominus ad abel ⁊ ad munera ei⁹.
prius dicit ad abel. ⁊ postea dicit ad munera. Propter
conditionem etiam operationis necessaria est gratia.
quia nulla est operatio meritoria nisi recta. ⁊ nulla est
recta nisi fiat ex recta intentione et nulla potest esse re/
cta intentione nisi que summum bonum omni bono
preponat. nulla autem intentio potest hoc facere in sta
tu lapse nature sine dono gratie. ⁊ propterea qualem/
cunq; vel quantamcunq; faciat homo operationē abs/
q; gratia non meretur. quia non pensat deus quantū

sed ex quāto hoc faciat. Patet igit̄ q̄ multiplex est ne/
cessitas gratie ad merendū. scz p̄ter p̄ditiones retribu
entis z retributōis. opantis z bone opationis. ita q̄ h̄
quadruplex necessitas p̄currit ad statū nature lapse. z
duplex ad statū nature institute. z hoc est qđ magister
dicit in lr̄a. q̄ homo indigebat gratia opante z coopan
te p̄m statū nature institute. licet nō p̄m oēm modū gra
12 tie opantis. ¶ Ad illud g̃ qđ obj̄cit in ꝓtrariū de au/
toritate Augu. z Dam̄. dōm. q̄ illud dict̄ est nō quia
potestas libe. arbi. z nature sit sufficiens in opus me/
ritorium. sed q̄z natura bn̄ ordinata ꝓcordat cum gra/
13 tia. z discordat cū culpa. ¶ Ad illud qđ obj̄cit q̄ dei p̄
fecta sunt opa. dōm. q̄ est p̄fectio q̄ntū ad eē p̄mū. z ē
p̄fectio quātū ad esse secundū. Et p̄fectio quātū ad esse
secundū duplex ē. Quedā em̄ est q̄ habet ordinem a perfe
ctione p̄m eē p̄mū. sicut illa p̄fectio que attendit̄ in ac
cidentib⁹ que oriunt̄ ex p̄ncipijs subiecti. Est alia per/
fectio quātū ad eē secundū que nō causat̄ a p̄fectiōe p̄m
esse p̄mū. sz pot⁹ est supra illud. sic̄ est p̄fectio in eē gra
tuito vel glorioso. q̄ dđ est in nobis nō ex nob⁹ sz ex deo
Cum g̃ dicit̄ q̄ dei p̄fecta sunt opa. hoc intelligit̄ quā/
tum ad eē p̄mū. z quātū ad eē secundū qđ causat̄ ab il/
lo. Quātū aūt ad illud esse secundū qđ nō causat̄ a p̄fe/
ctione p̄m esse p̄mū veritatē nō habet. ¶ Nō em̄ fecit de
us oēs bonos z gloriosos. sed illos solos beatificauit
quos p̄destinauit ꝓformes fieri imaginis filij sui. hoc
14 em̄ disponit dare p̄ merita tāq̄ bonū laudabile. Et ra/
tio hui⁹ assignata fuit supra. xxiij. di. ¶ Ad illud qđ
obj̄cit q̄ alie creature possunt puenire in finē ad quem
sunt p̄ virtutē nature. dōm q̄ nō est simile. q̄z finis cre/
ature rōnalis est summū bonū. qđ est supra omnē natu
ram. Finis v̄o aliar̄ creaturar̄ est bonū creatū qđ est ī/
fra terminos nature. ideo creatura rōnalis magis indi
get dono gratie vt possit puenire ad suū finē q̃ alie cre/
15 ature. ¶ Ad illud qđ obj̄cit q̄ natura nō deficit in ne/
cessarijs. tam parz rn̄sio ex p̄dictis. hoc em̄ intelligit̄ de
necessarijs que quidē attendunt̄ quātū ad eē p̄mū. vl̄
quātū ad eē secūdū. qđ causat̄ ex p̄ncipijs nature. Quā
tum vero ad illud eē p̄m qđ est supra naturam. necesse ē
naturā deficere. z tale est eē gratuitū z glorioſum. nul/
lum tamen ex hoc fit nature p̄iudiciū. q̄ de⁹ defectū na
ture suppler. z semp p̄sto est cū se offert temp⁹ z locus
16 cōplere z dare qđ natura non poterat. ¶ Ad illud qđ
obj̄cit vltimo. vtrū homo mereret aliq̃d vel nihil si fa/
ceret mandata dei z̄. dōm q̄ nō mereret aliq̃d de con/
digno sed de congruo. z sic merendo disponeret se ad
gratiā. z ideo nō oparet frustra. Ex p̄dictis patet quā/
tū humana natura in statu innocentie eguerit gratia.

QOnsequēter querit̄ vtrū hō in statu innocentie
habuerit gratiā gratūfacientē. Et circa h̄ que/
runtur duo. Primo querit̄ vtrū habuerit gra/
tiam ante lapsum. Secundo querit̄ vtrū simul tpe cō/
ditus fuerit in gratuitis z naturalibus.

¶ Questio. I c

¶ Utrum homo ante lapsum habuerit gratiā. Et q̄ sic
videt̄. Luc. x. Qui etiā expoliauerūt eum z plagis im/
positis z̄. Exponunt sancti z glo. q̄ expoliauerūt eum
gratuitis. z vulnerauerūt in naturalib⁹. ergo si hoc in/
telligit̄ in p̄mo homine. p̄mus homo nō tm̄ habuit na/
turalia sed etiam gratuita ante peccatuz. ¶ Jtē Bern̄.
Cum videret patrem nostrū omniū hominū emul⁹ cha
ritate circūdatum. z omni virtute vestitum. z hoc acce
pisse terrenū boīem. qđ ipse p̄ sup̄biam amisit. invidit
insatiabilis homicidia. Ex h̄ igit̄ patet q̄ p̄mus homo
z charitatē habebat z omnē virtutē. ¶ Jtem Adā post
sopōrem p̄berauit. sicut innuit̄ in textu Ben̄. z in glo.
hoc aūt nō fuit nisi q̄z introductus fuit ī illo sopore in
secretum celestis curie. sicut plures dicūt autoritates.
sed nullum decebat illuc introduci qui nō haberet gra/
tiam gratumfacientē. ergo z̄. ¶ Jtē a deo recepit mā/
datum disciplinē. sed si illud mandatū seruasset. absq̃
gratia. nihil meruisset. Si igit̄ illud mandatū datum ē
sibi in meritū obedientie. videt̄ q̄ deus nō dederit sibi
in p̄ceptum p̄ter gratie adiutoriū. alioquin dedisset in
malū. qđ nullo modo decet facere deum. ¶ Item pec/
catum ade arguit̄ fuisse maxime in gratitudinis. sz nul
lum domū in via est maius gratia gratūfaciente. ergo
si maioz ingratitudo fuit ī peccato ade q̃ in peccato ali
orum posteroꝝ. z posteri eius post acceptum donum
gratie deum offendunt. videt̄ q̄ ipse añ peccatū habuit
donum gratie gratūfacientis. ¶ Sed contra de⁹ scie/
bat ipsum statim eē lapsurū. ergo sciebat q̄ illud gratie
donum in nullo eēt sibi vtile. sed potius eēt sibi in no/
cumentū. Si igit̄ sapiens artifex nō deber aliquid fru/
stra facere. vel etiā qđ vertatur in operis sui damnū et
nocumētū. videt̄ q̄ nō dederit illi gratiā. ¶ Item adā
quia iusticiā originalē habuit quando peccauit z volū
tarie p̄didit. nunq̃ eam recupauit. ergo pari rōne si ha
buisset donū gratie gratūfacientis. nec ipse. nec aliq̃s
posteroꝝ eius gratiā recupasset. videtur q̄ ante lapsuz
eam nō habuit. ¶ Jtez adā habebat optima naturalia
z nullam habebat p̄nitatē ad maluz. nec difficultatē ad
bonū. g̃ si charitatē z gratiā habuisset. roraliter deo ad
hesisset. g̃ nunq̃ in peccatū cecidisset. sed constans est
q̄ cecidit. ergo gratiā ante lapsum nō habuit. ¶ Item
lucifer nō habuit gratiā gratūfacientē sicut p̄batum fu
it supra. si g̃ adam gratiā gratūfacientē habuit. z ab il/
la cecidit. g̃ de altiori gradu cecidit q̃ angelus. ergo vi
detur q̄ peccatū eius fuit incurabilius q̃ peccatū an/
gelicū. si igit̄ hoc constat eē falsum. Adam ante pecca/
tum nō habuit gratie donū. ¶ Item p̄us debet p̄bari
aliquis q̃ in amicū assumi. hoc nō solū verum est ī ami
cicia humana. verū etiaz in amicicia diuina. Un̄ dicit̄
Heb. vij. Abraā pater nr̄ tentat⁹ ē. z p̄ multas tribu/
lationes p̄bat⁹. dei amic⁹ effect⁹ ē. Si igit̄ null⁹ hz dei
gratiā q̄n habeat dei amicitiā. videt̄ q̄ añ tētatōez adā
nō habuit gr̄am. sz statim post tentatōez peccauit. g̃ nō
habuit gr̄am añ lapsum. ¶ R⁹. ad p̄dictoꝝ intelligētiā
est notādū q̄ circa h̄ duplex ꝓsueuit eē opinio. Quidā 17
em̄ dicere voluerūt q̄ adā nō habuit gr̄am gratūfacien
tē. p eo q̄ nō videt̄ credibile q̄ lapsus eēt. si tale adiuto
riū habuisset. Ad auctes aūt z rones rn̄dent dicētes q̄
adā habuit mltas gr̄as gratis datas. z naturā habuit
valde bonā. z p̄terea sancti aliq̄ videt̄ dicere ip̄m ha/
buisse gratuita añ lapsum. nō q̄ habuit donū gre gra/
tūfacientis. sz donū gre gratis date. z p̄ illud poterat cō/
tationi resistere. z ad gr̄am gratūfaciētē seip̄m dispone
re. Sz q̄m auctes sanctoꝝ exp̄sse vident̄ dicere de gra
gratūfaciēte. sicut patet in illis q̄ mgr̄ adducit in lr̄a. et
huic etiā ꝓsonare videt̄ scripture auctas z rōnis pba/
bilitas. Jō est alia opinio cōmunior z verior. z pbabili
or quā etiā sustinet mgr̄ in lr̄a. scz q̄ adā añ lapsum gra
tiā gratūfaciētē habuit. p quā nō solū malo resistere. sz
etiam in bono p̄ficere potuit. z illa gratia adiutus ita
bene meruisset mandatū dn̄i obseruādo. sicut demerui/
it transgrediendo. Hanc igitur opinionem sustinēdo
ꝓcedere possumus rationes que ad p̄mā partē indu/
cunt. ¶ Ad illud aūt qđ obj̄citur in contrariū q̄ de/ 18

us sciebat statim ipm lapsurū. dōm q̄ ꝓpter hoc nō debuit dimittere donū gratie sibi date duplici rōne. Pri/mo quidē, q̄ simul cū hoc p̄sciebat q̄ bonū debebat de lapsu eius elicere. Scōo vero q̄ deus in ꝓferēdo gra/tiam nō attendit futura peccata. sed idoneitatē p̄sentez ad gratiā. sicut patet. cum ꝓfert gratiā in tpe p̄scitis. et eis quos ab eterno reprobauit. ⁊ in vtroq̄ eoz cōmen/datur dei largitas ⁊ sapia. ⁊ arguit hoīs ingratitudo ⁊ iniusticia. in hoc q̄ tā a bñficio ⁊ tam a benigno se auer
19 tit sine cā. ¶ Ad illud q̄ obijcit q̄ nō potuit recupare originalē iusticiā quā habuit qñ peccauit. dōm q̄ non est tota ratio sez q̄ voluntarie amisit iusticiā illā. sz simul cum hoc facit. q̄ iusticia originalis non tm respiciebat voluntatē deliberatiuā. sed etiā respiciebat naturā in/stitutā. gratis aūt respicit ipam voluntatē liberā vt est libera. Et qm voluntas de facili vertit ⁊ reuertit. natu/ra aūt cum corrupta est nō sic de facili releuat. hinc ē q̄ magis pōt recupari gratia q̄ ꝑma iusticia. q̄uis vtra/q̄ fuerit p peccatū amissa. Est ⁊ alia rō quare nō recu/perat originalis iusticia. sed hec manifestabit infra cū agit de originali peccato. ¶ Ad illud q̄ obijcitur q̄ si
20 Adam habuisset gratiā q̄ inseparabiliter deo adhesisset. dōm q̄ hoc nō oportet. q̄ li. ar. habēs grām. moueri p̄t ꝓter gratie inclinationē. ⁊ frequēter mouet. nihil consi/derans de eo ad q̄ mouet gratia. vñ frequēter contin/git q̄ homo magne charitatis inordinate afficit. p eo q̄ nō sp actualiter fert in illud summū bonū circa q̄ ha/bet immēsum desiderū. sic intelligendū est accidisse ipi ade. Quis em est hō bñs charitatē. qui peccaret si deū
21 pre oculis sp haberet. ⁊ actu cōsideraret quātū de⁹ ama/bilis est. ⁊ quātū nephas est ipm offendere. ¶ Ad illō q̄ obijcit q̄ lucifer nō habuit grām gratū facientē. dōm q̄ verū est. ex hoc tm nō sequit q̄ hō peccauerit maioꝝ i/gratitudine. p eo q̄ lucifer primioꝝ erat statui glorie. si mul em recepisset gratiā ⁊ gloriā. Homo vero sic cōdi/tus fuit vt longe añ gloriā haberet gratiā. ⁊ ideo posi/tus est in terra quasi lōge a celo distans. ac p hoc i trās/grediendo. nec adeo cecidit de alto vt lucifer. nec adeo fuit ingrat⁹. nec adeo p peccatū deprauatus. ¶ Ad il/
22 lud q̄ obijcit q̄ prius debet hō tēptari q̄ in amicū assu/mi. dōm q̄ illud intelligit de illa amicicia que facit deo hoiem ꝓbatū ⁊ familiarē. p quē modū dicit ipe do/min⁹ aplis Joh. xv. Vos aūt dixi amicos meos. De amici/cia aūt large dicta hoc nō pōt intelligi apud deū. licet posset intelligi de amicicia apud hoies. p eo q̄ nisi de⁹ gratiā daret. in ꝓbando poti⁹ reprobaret. q̄ approbaret nō em habem⁹ vñ possumus ꝓbari a deo nisi p ei⁹ do/nū. nō sic est aūt de hoie respectu hoīs. ⁊ sic patet illud.

¶ Questio. II d

¶ Vtrum hō simul tpe ꝓditus fuerit in gratuitis ⁊ na/turalibꝫ. Et q̄ sic videt p textū. Genē. j. Faciam⁹ homi/nē ad ima. ⁊ si. nr̄am. Sed sicut exponit Aug⁹. ⁊ habitū est supra di. xvj. Imago est i naturalibꝫ ⁊ similitudo i gra/tuitis. q̄ si hō fact⁹ est ad imaginē ⁊ similitudinē. videt q̄ ꝓdit⁹ fuit simul in naturalibꝫ ⁊ gratuitis. ¶ Itē Eccl. xvij. Deus de terra creauit hoiem. Et post. ⁊ fm se ve/stiuit illū virtute. igit a sui ꝓditione ꝑmaria virtute fu/it vestitus. ⁊ si hoc. redit idē quod prius. ¶ Itē Dam. Fecit deus hoiem in nocentē. rectū. virtuosum. sine sol/licitudine. sine tristicia. oīi virtute decoratum. oībus donis ornatum. q̄ videt q̄ homo in gratuitis fuerit cō/ditus. ¶ Item hoc videt rōne. Deus fecit hoiem qntū ad etatē pfectum. ⁊ qntum ad ꝓditionē ab exordio sue ꝓditionis. q̄ pari rōne videt q̄ fecerit eū pfectum qntū ad voluntatis rectitudinē. sed volūtatis rectitudo ꝓsi/stit in dono grē. q̄ videt q̄ donū gratie habuerit in ini/tio sue ꝓditionis. ¶ Item ad hō q̄ alicui debt grā. requi/ritur diuina liberalitas. ⁊ recipientis idoneitas. sz de/us in ꝑmordio cū adam ꝓdidit liberalissim⁹ erat. ⁊ adā a sue ꝓditionis ꝑmordio ad suscipiendā grām idonei/tatem habebat. q̄ ab ipso ꝓditionis ꝑmordio de⁹ ei gra/tiam ꝓferebat. Sz ꝓtra. Aug⁹. dicit hō in sue ꝓditōis ꝑmordio habuit vñ posset stare. sz nō vñ posset ꝑficere. ¶ Itē magister dicit supra di. xxiij. Poterat hō p̄ auxilliū grē creatoris resistere malo. sz nō ꝑficere bonū. sz si habuisset gratiā gratū facientē ab exordio creatōis potuisset vtrūq̄. q̄ si nō potuit ꝑficere q̄ bonū. patz tē. ¶ Item magis ꝓuenit gratis cū gloria q̄ natura cum gratia. sed in homīe gratia ꝑcedit gloriam. ergo pari ra/tione ⁊mo multo fortioꝝ natura p̄cessit tempe donuz gratie. ¶ Item q̄ gratiam fit matrimoniū inter deum ⁊ animā. sed lex matrimoniī est vt nō fiat absq̄ mutuo consensu. q̄ videtur q̄ nulli adulto gratia debeat dari nisi p̄cedat consensus. si q̄ adam ꝑius fuit q̄ consentire posset. q̄ nō habuit simul naturā ⁊ gratiā. ¶ Item do/num grē infructuosum ē nisi a deo recognoscat. nemo em in se gratiam reseruare potest. nisi p̄ illa deo grat⁹ existat. igit si magis tenet rōnem gratuiti qđ est natu/ralibus supadditum q̄ qđ est naturaliter inditū. et do/num gratie est mere gratuitum. ergo videtur q̄ non ab ipsa creatōe. sz post donū grē fuerit homini collatum.
¶ R⁹. ad ꝑdictoꝝ intelligentiā est notādū q̄ circa hoc 23
duplex fuit opinio. Quidā nanq̄ dicere voluerunt q̄ homo fuit creatus nō solum in naturalibus. veruetiā in gratuitis. tum ꝓpter dei liberalitatem. tum etiā pro/pter hominis idoneitatē. Sed quoniā sanctoꝝ auctes vident sonare ꝓtrariū. Ideo est alia opinio cōiorꝝ ⁊ ꝑ/babilioꝝ q̄ hō ꝑius tpe habuit naturalia q̄ haberet gra/tuita. Unde fm hanc in statu innocentie distinguunt 24
duo tpa. qđam em fuit tempus in quo tm̄ habuit na/turalia. quoddā vero in quo habuit ⁊ naturalia ⁊ gra/tuita. Scām diuersitatē huius duplicis tpis dissoluit apparens ꝓtrarietas in auctibus sanctoꝝ. Nam que/dam vident dicere q̄ hō habuit gratiam. quedā vero q̄ nō. ⁊ vtroq̄ verū dicunt ꝑ diuersis tpibus. Rō autem 25
quare dñs voluit post naturalia dare grām cū posset dare simul. sumit ex triplici ordine. vidz ab ordine sapi/entie. bonitatis. ⁊ iusticie. Ordo sapiētie h̄ requirebat. vt sicut esse gratuitū est alterius generis q̄ esse natura/le. sic in diuersis tpibus homini cōferret. ⁊ sicut elemē/ta mundi ꝑius tempe fuerunt creata ⁊ distincta q̄ orna/ta. propter ordinē sapiētie cōmendandum. sic etiā fie/ret circa hominē qui est mundi⁹ minor. Ordini etiā bo/nitatis hoc cōpetebat. hoc em ordine dicit aliquid or/dinari in suum finē. tunc igitur gratia homini ordina/te dat. q̄ datur ei fm q̄ est vtilioꝝ ⁊ fructuosioꝝ. tanto aūt gratia dei est nobis vtilioꝝ ⁊ fructuosioꝝ. quanto p̄ca deo gratiosiores existimus. ⁊ ideo sic debuit dari. vt ex ipso ordine dandi cognosceret donū illud esse gra/tuitum. ꝓpterea nō fuit a creatione indita. sed nature ia perfecte ⁊ constitute fuit superinfusa. Ordo etiam iusti/cie hoc requirebat. Deus em fm legē cōem requirit ali/quam dispositionē ⁊ ꝓparationē a parte nostra ad hoc q̄ infundat alicui grām. siue eo cui infundit. vt in ad/ulto. siue in alio aduuante fm q̄ ꝓtingit in paruulo. ⁊ ideo gratia nō fuit homini ꝓcreata. sed dilata fuit q̄us/q̄ homo p actum ⁊ vsum rationis quodāmodo se dispo/neret ad illā suscipiendā. vt sic verificaret illud Augu

sti. in ꝑmo hoīe. qui creauit te sine te. nō iustificat te sine te. Paret igit̄ q̄ multiplex ordo ḥ exigebat vt hō prius fieret in naturalib⁹. q̄z donis gratuitis ornaret. ⁊ cō
26 cedende sunt rōnes q̄ hoc ostendūt. ¶ Ad illud qđ obicitur. Faciam⁹ hoiez ad imaginē ⁊ similitudinē. ⁊c. dōm q̄ similitudo attendit ibi in gratuitis gratis datis. Vel dicendū q̄ de⁹ dicit fecisse hoīem ad suā imaginē ⁊ similitudinē. nō q⁹ statim cū dedit imaginē. simul etiā dederit similitudinē. sed q⁹ alterū dedit scz imaginē. ⁊ ad alterum habilē fecit. vicz ad similitudinē. quā postmodū ꝑ loco ⁊ tpe ei dedit. Unde quātū est ex vi verbi nō pōt ꝯcludi q̄ simul ⁊ semel fuerit in hoīe imago dei ⁊ similitudo. Et q̄ hoc paret rūsio ad duas auctoritates sequētes. Eccle. vicz ⁊ Dam̄. q⁹ sic intelligunt̄ nō q⁹ deus statim vt hominē cōdidit virtute vestiuerit ⁊ ornauerit. sz q⁹ tunc disposituꝫ fecerit. ⁊ nō longo post tempe cōple/
27 uit. ¶ Ad illud qđ obiicit̄ de ꝓfectione etatis ⁊ cognitionis. dōm q̄ nō est simile. q⁹ ꝓfectio etatis ⁊ cognitōis nō tantū elongat̄ a ꝓfectōne nature sicut ꝓfectio gratie Unde hō ꝑ vim nature sibi inditā pōt puenire ad ꝓfectam etatē ⁊ ꝓficere ad cognitionē. sz nunq̄z pōt ꝑ se hō in habitū gre. nisi de⁹ infundat mera sua benignitate.
28 ¶ Ad illud qđ obiicit̄ q̄ homo erat idone⁹. ⁊ deus erat liberalissim⁹. dōm q̄ de⁹ maiorē idoneitatē expectabat que quidē cōpeteret ordini sapīe. ⁊ bonitati. ⁊ iusticie. sicut pri⁹ ostensum est. ⁊ ideo nō statim gratiā dedit. sz distulit. ꝑ eo q̄ deus sic opat̄ liberaliter. vt tñ sua liberalitas nō excludat sapiam nec iusticiam. ¶

QUonsequēter quātū ad tertiū articulū queritur quantā gratiā primus hō habuerit. Et primo est questio de quantitate gratie ꝑmi hoīs quantum ad donoꝝ multitudinē. Secōo queritur quantum ad donorum magnitudinē.

¶ Questio. j. c

¶ Utrum hō habuerit tot virtutes añ lapsum quot habuit post lapsum. Et q̄ sic videt̄ ꝑmo ꝑ Dama. dicentē q̄ de⁹ fecit hoīem omni virtute circūdatū. ⁊ omnib⁹ bonis ornatū. ḡ nō videt̄ q̄ aliquis habit⁹ virtutis q̄ sit in nobis deesset eidē. ¶ Itē ex pte cognitionis. Non cognoscim⁹ plura q̄z adam cognouit. nec plures ī nobis habem⁹ scientias. ḡ pari rōne ex pte affectionis nō videtur q̄ plures in nobis habeam⁹ habit⁹ virtutū q̄z habuit ꝑmus homo. ¶ Item ꝯnerio est in virtutib⁹. sicut sancti dicūt ⁊ suo loco oñdetur in tertio. ḡ si adam habuit aliquā virtutē. necesse fuit q⁹ oēs habuerit. ḡ tot habuit quot nos habem⁹. ¶ Item aut aliquā virtutē habemus quā nō habuit adam. aut nō. Si nō. ḡ tot virtutes habuit quot nos habem⁹. Si sic. aut ergo illi⁹ virtutis fuit adam capax. aut nō. Si nō. ḡ videt̄ q̄ ꝑ peccatum creuerit in nobis boni capacitas. qđ absurdum est dicere. Si sic. cum de⁹ daret gratiā ade ſm capacitatem suā. videt̄ q̄ omnē virtutē quā nobis ꝓfert post lapsum. ⁊ ipsi ade ꝓtulerit ante lapsum. Sed ꝓtra. virtus fortitudinis ꝓsistit in ꝓpessione terribiliū. sz in adā in statu innocentie nō poterat esse talis ꝓpessio. ḡ nec fortitudo. ¶ Item tpantia ꝓsistit in coercendis prauis carnis passionib⁹. ⁊ tales nō poterant repiri in natura instituta. ergo nec tpantia. ¶ Itē pnia ꝓsistit in detestatione maloꝝ ꝓpetratoꝝ. sz nullo mō ꝓtingebat in statu innocentie de malis cōmissis dolere. ḡ tūc non poterat eē in homine virtus pnie. ¶ Item q̄ habet donum ꝑseuerātie nō cadit a iusticia. sed adam a iusticia cecidit. ḡ perseuerātiā nō habuit. Hanc aūt multi habent in statu nature lapse. ḡ nō omnis virtus que nūc est. fuit in statu innocentie. Rō. dōm q̄ cum fit comparatio multitudinis donoꝝ gratie ad statum nature 29
lapse. ⁊ statum nature instituto hoc pōt intelligi vel de donis gratie gratis date. vel de donis gratie gratum faciētis. Si intelligat̄ de donis gratie gratis date. sic se habent sicut excedentia ⁊ excessa. ꝓ eo q̄ aliqua dona gratie gratis date habuit adam in statu illo. vtpote immortalitatē ⁊ impassibilitatē. que nō habuit aliqs posteroꝝ eius. ⁊ aliqua dona gratie gratis date habēt posteri sui que ipse nō habuit. sicut gratiā sanitatum. ⁊ operationē virtutum. ⁊ genera linguaꝝ. ⁊ consimilia. Ratio aūt huius diuersitatis venit ex hoc. q̄ alia dona expediebant illi tempi. ⁊ alia competūt isti. Si aūt loquamur de donis gratie gratū facientis. sic quia illa dona ꝯnerionē habent quantū ad habitus ⁊ quantum ad actus. q̄ perfectionis sunt. sic cōcedendū est. q̄ in equali multitudine fuerunt in ꝑmo homīe in qua reperiuntur in eius posteritate. Hoc dico quātū ad habitus ⁊ quantū ad actus qui ꝓfectionis sunt. sicut rationes ad ꝑmam partē inducte ostendūt. Quantū vero ad actus qui habent impfectionē annexā. non ꝛtinebat virtutes ſm statum illū in adam ponere. Et ꝑ hoc patet rēsponsio ad tria obiecta. quoꝝ est vnum de fortitudine. alterꝝ de tpantia. ⁊ tertiū de penitētia. que oīa ꝓcedunt ſm actus habentes impfectionē aliquā annexam. que q̄dem impfectio nō competit alīs virtutibus ſm omnē statum. sed solū ſm statū ꝓsentis miserie.
¶ Ad illud aūt qđ obiicit̄ de ꝑseuerantia. dōm q̄ ꝑseuerantia vno mō dicit̄ ꝓpositum ꝑseuerandi in bono. 30
⁊ hoc modo est virtus vel dispositio ꝯsequens virtutes inseparabiliter. Alio modo ꝑseuerātia est ꝛtinuatio in bono vsq̄z in finem. ⁊ sic nō dicit habitum. sed ponit statum. ⁊ hunc ꝑmus homo nō habuit. ex hoc nō sequit̄ q̄ aliqua virtute caruerit ꝓ eo tempe quo ī gratia ꝑmansit. Si quis aūt querat cuiusmodi actus habuerunt virtutes in ꝑmo homine q̄ impfectionē habent anneram in actibus suis ſm statum nature lapse. dōm q̄ actus illi in statu innocentie plurimū ꝯformes erant actib⁹ quos in patria virtutes sunt habiture. cuiusmodi aūt sunt isti determinat magister in tertio li. di. xxxiij. ⁊ ibi suo loco determinabit̄.

¶ Questio. ij. f

¶ Utrum dona gratuita fuerint eque magne efficacie in homine ad merēdum ante lapsum sicut sunt post lapsum. Et q̄ fuerunt maioris efficacie tunc q̄z nunc videtur. Quanto ꝓfectior est cognitio. tanto ꝓfectior est dilectio. ⁊ ꝗnto maior est dilectio. tanto op⁹ nostrū est deo acceptabilio⁹. Prima ꝓpositio patz ꝑ illud. q̄ ꝗntū cogñscis. tantū diligis. Si ḡ in adā ſm statū innocētie clarior fuit cognitio. videt̄ q̄ charitas ad merendū fuerit efficatior. ¶ Itē albius est qđ est nigro impmixti⁹. ḡ magis est meritoriū qđ min⁹ habet in se de demerito. sed omnia merita nostra quodāmodo pmixta sunt culpe. ſm illud Esa. xlviij. Omnes iusticie vestre sicut pannus mēstruate. Si ergo in adam ſm statum innocētie merita omnino fuissent impmixta culpe. videtur q̄ ſm statum illum dona gratuita erant multo maioris efficacie. ¶ Item meritum est cum gratia et libertate. arbi. quanto igitur libertas arbi. magis gratie obedit. tanto gratia efficacius in actum suum exit. sed tunc natura magis erat obediens gratie q̄z nunc cum est corrupta ergo tunc dona gratuita erant ad merendum efficaciora. ¶ Item amor visibilium ⁊ sollicitatio circa terrena impedit hominem ne iungatur deo ꝓfecte. Si igitur

in statu primo nulla vigebat in homine cōcupiscentia videk ꝙ deo pfectius ⁊ diuturnius adherebat. ⁊ ita magis ad merendū dispositus erat. Sed cōtra. ij. Thi. ij. Nō coronabit nisi qui legit. cer. ſz magis impugnat homo fm statum nature lapse cū fm statū nature institute. g fibas pugnas vincit. glorioſius triumphat. ⁊ si glorioſius triumphat. maiorem merek coronā. g ꝛc. Item phs dicit ꝙ ars ⁊ virtus est circa difficilia. g si hoc ꝙ se vez est. quāto actus virtutis est difficilior. tanto virtuosior ⁊ quāto virtuosior. tanto ad merendū efficacior. si ergo maior ē difficultas in pficiēdis diuinis mandatis nūc cū esset in statu nature institute. videtur ꝙ maior sit merendi efficacia. Item si homo stetisset. aut xps nō esset incarnatus. aut si esset incarnatus nunq̄ esset passus. sed christus sua passione non sibi meruit ſz nobis. ⁊ tanta merita nostra cū sacra efficaciā habent a passione ⁊ ciuſ fide. si igitur inter omnia quecūq̄ deo placere possunt hoc fuit deo acceptissimū ꝙ xps se obtulit hostiam deo ⁊ patri. ⁊ inde sumunt efficaciam merita nostra. ⁊ illaz efficaciā nō habuissent merita in statu nature institute g videk ꝙ non essent efficaciora. Item natura nō deficit in necessarijs. vt dicit phs. ſz si hoc est vez in natura creata. multomagis verū est in natura increata. ⁊ si diuina puidentia non deficit hominib⁹ & quibus minus cura est. g multominus nec deficit hominib⁹. ſz natura humana magis indiget adiuuari cū idigeret ante lapsum. g videk ꝙ nunc deus det homini fortius ⁊ efficacius adiutoriū. si igitur efficacia meritoꝝ attendit fm magnitudinem charitatis et gratie. videk ꝙ nunc dona gratuita in merendo sint maioris efficacie. ℟. dōm ꝙ efficacia meriti principaliter ex trib⁹ venit. videlicet ex difficultate operis. ex promptitudine voluntatis. ⁊ ex magnitudine charitatis. Difficultas operis multū facit ad meritum. ⁊ adeo facit vt homo qui est multo minoris charitatis cū angelus. possit mereri vt pueniat ad sublimitatem angelicam. fm ꝙ colligitur ex illo qō dicit Matth. xj. de Johanne baptista. Qui minor ē in regno celoꝝ maior est eo. Non em̄ est dubitandū quin Johannes sit exaltatus ad ordines excellentium angeloꝝ. ⁊ tm̄ fm statuz vie minoris charitatis erat cū aliis eoꝝ. Promptitudo etiā voluntatis plurimū facit. sed volūtas prompta fm illud qō habet accepta est ad meritum. Quantūcunq̄ enim sit in homine gratia. nisi sit voluntas gratie cōsentanea. nunq̄ eliciet opera meritoria. ⁊ quanto magis voluntas gratie subiacet ⁊ cōformatur. tanto magis homo in operib⁹ meritorijs exercetur. Magnitudo caritatis est principalior inter omnia que faciunt ad meritum. qz fm illius quantitatē attenditur remuneratio premij substantialis. Pondus em̄ amoris est qō dat valorez operibus meritorijs. Si igitur fiat cōparatio efficacie merendi in donis gratuitis fm statum post lapsum. ⁊ fm statū ante lapsum. respondere potest ꝙ cū tum ad primam conditionem. videlicz cū tum ad difficultatem. efficaciores sunt virtutes nūc cū tunc fuerunt. Nunc enim magis impugnatur ⁊ impugnando pbatur ⁊ examinatur virtus cū tunc. sicut ptz in sanctis martyribus. Et sic pcedunt rationes ostendentes dona gratuita ad merendum esse nunc efficaciora. Quantum aūt ad secundā conditionē scz cū tum ad promptitudinem voluntatis. efficaciores fuissent virtutes in merendo tunc cū nunc. p eo ꝙ voluntas tunc q̄si continue fuisset in bonis operibus deo placentib⁹ sine retardatione. nunc aūt siue ex lassitudine. siue ex surreptione frequenter cessat a bonis operibus. ⁊ intendit aliqñ reb⁹ nociuis. aliqñ inutilibus. tuz ꝓpter difficultatem ad bonum. tum ꝓpter ꝓnitatem ad malum. Et cū tum ad hanc conditionē pcedunt rationes pbantes ꝙ dona gratuita in statu nature istitute fuissent ad merendum efficaciora. ⁊ p hoc patet responsio ad vtrang cū ptem. pcedunt em̄ fm diuersas vias fm quas se habent dona gratuita in merendo sicut excedentia ⁊ excessa. ⁊ reperitur in eis fm diuersas conditiones maioris ⁊ minoris efficacia. ⁊ sic nulla est inter rationes illas repugnātia. Utreq̄ em̄ verum concludunt fm diuersam viam. Si aūt querak vlterius de maioritate efficacie cū tuz ad tertiam conditionē. tunc respondendum ē ꝙ aut fit cō- 32
paratio ꝓticularis ꝑsone ad ꝓticularem ꝑsonā. aut status ad statuz. Si primo mō. dōm est ꝙ se habent sicut excedentia ⁊ excessa. Satis em̄ pbabiliter credi potest ꝙ aliqui sunt qui habent maiorem gratiam aliquib⁹ q̄ fuissent in statu innocentie si adaz stetisset. alij vero minorem aliquibus. sicut dici consueuit cum cōparat⁹ status legis scripte ad statum legis euangelice. Si aūt cōparet generaliter status ad statum. tunc non videk vsqueq̄ cū certum in quo statu dominus homini maius munus caritatis ⁊ gratie tribuisset. p eo ꝙ fm diuersas cōditiones repit maior ⁊ minor idoneitas in homine suscipiēte. Et qō plus est. magnitudo gratie distribute pl⁹ attenditur fm distinctionem distribuentis que cognitionem nostram latet. Nec em̄ pars pbabilior videt ⁊ magis autoritatibus consonat. vt dicam⁹ ꝙ deus maiora munera gratie elargit⁹ est homini lapso cū de disset homini si in statu innocentie pmansisset. tuz qz homo maiori adiutorio gratie indiget. tum etiā qz decet deum de malo maius bonū elicere cū sit illō bonū quod adiuuādo malum nocet. tum etiam quia mediator ⁊ intercessor pro nobis interpellat quem decet exaudiri in omnibus pro sua reuerentia. Unde cum appareat vultui dei semper interpellandum pro nobis. ⁊ pro nobis in cruce oblatus fuerit. ⁊ quotidie offeratur valde probabile videtur ꝙ maius munus gratie tribuatur nobis cū si ipse non fuisset incarnatus vel pro nobis oblatus. Et hoc exprimesse videtur. innui Joh. vij. cum dicitur ꝙ spiritus nondum erat datus. q̄ iesus nondum erat glorificatus. Unde cum ascendit in altum tunc dedit dona hominibus. Ex hac igitur triplici ratione quarum vna est in commendatione misericordie. ⁊ secūda in cōmendatione sapientie. ⁊ tertia in commendatiōe diuine iusticie. satis rationabiliter colligit ꝙ nunc magis sint efficacia dona gratuita ad merēdum cū in statu innocētie. non solum ratione difficultatis. verū etiā rōne gratie. ⁊ caritatis. cuius non absurde dici possit ꝙ maior efficacia erat tunc cū nunc ratione promptitudinis voluntatis. Et hac via pcedunt rationes que ad primaz partem inducuntur. sicut patet intuenti. aliter enim nō cogunt. Nam illud qō primo obijcitur ꝙ maior erat tunc dilectio. quia maior cognitio. dōm ꝙ verum ē de 33
dilectione fm ꝙ tenet se ex parte gratie animam elevātis. Et si obijciatur ꝙ vtraq̄ cōmensuratur cognitioni dōm ꝙ illud non est verum de omni cognitione. sed de 34
cognitione experimentali. hec aūt non magis viguit in primo parente. cū in viris sanctis qui fuerunt et sunt in statu nature lapse. Ad illud vero quod obijcitur 35
ꝙ meritum erat magis impermixtum in statu innocentie. dōz ꝙ hoc venit ex hoc ꝙ voluntas nō est ita prompta propter grauitatem carnis coniuncte. ⁊ pronitatē concupiscentie contracte. ⁊ ratio illa procedit ex parte ꝓmptitudinis volūtatis. siliter ⁊ due rōnes sequētes.

Liber Secundus

Distinctio·xxx·quid sit originale peccatū qđ a pctō primorū parentū fuit causatuz·

In superioribꝫ insinuatum ẽ tē· Pars ista in q magister determinat de hominis lapsu diuisa fuit in tres ptes fm triplicem differentiam corruptionis peccati·in quaz vna psona corrumpit naturam·in altera ẏo natura psonaz·in tertia ẏo psona corrumpit seipsam· Et prima quidem cōsistit in peccato primi parentis·scda in peccato originali·z tertia in peccato actuali· Prima igit parte determinata·aggredit hic magister ptem scdam·Diuidit aūt ps ista in ptes quattuor· In quaz prima determiat quid sit originale peccatum· In secunda ẏo qualit̄ traducatur·j·dis·xxxj· Nunc superest inuestigare tē· In tertia ẏo qualiter deleat·j·dis·xxxij· Qm̄ supra dictuz est pctm̄ originale esse viciū tē· In quarta ẏo determinat·vtrum peccatū originale multiplicet̄ z intendat̄ p peccata parentū primoz·j·dis·xxxij· Predictis adjcendum est tē· Prima ps que continet̄ psentem dis·diuidit in tres ptes· In pma ponit ptem phemialez· In secunda determinat ꝓpositum principale·ibi· Hic primo videndū ẽ tē· In tertia determinat quandā incidentem dubitationem de veritate humane nature·ibi· Ad hoc aūt qđ dixim⁹ in adam fuisse tē· Prima z tertia pte remanente in diuisa·media ps diuidit in tres· In pria inquirit vtrū peccatum primoz pentū sit originale vel actuale· In secunda supposito qđ sit originale·inquirit vtrum sit pena vel culpa·ibi· Qđ diligenter inuestigādum est quid sit tē· In tertia inquirit vtrū sit cōcupia vel alia culpa·ibi· Nunc supest videre quid sit illđ peccatū tē· Hoz aūt ptiū subdiuisiones in ꝑa plane sunt·

Ponit ptem phemialem ostendens qđ pdaz peccatum z pena transijt in posteros· a

D·XXX In superioribꝫ insinuatum est licet exꝑte (non em̄ pfecte sufficimus exponere) qualiter primꝰ hō deliquerit· z quā ꝓ peccato penam subierit·quibus adjciēdum est pctm̄ simul ac penam ꝓ eum transisse in posteros·sicut apl̄s oñdit inquiens·Sicut ꝓ vnū Roz·v· hominē pctm̄ in hunc mundū intrauit·ita in oēs homines moꝛs ptransijt·

Determiat ꝓpositū principale·oñdens vtrū illud peccatū fuerit originale·vel actuale· b

Hic primo vidēdū est qđ fuit illud pctm̄·originale scz an actuale·z si de originali intelligat̄·ꝑiter quid sit originale pctm̄·z quare dicat̄ originale·z quō ptransierit vel ptranseat in omnes diligēter inuestigandū est·Quibusdaz placuit de peccato actuali ade illud accipe·asserētibꝰ hoc apostolum sensisse cum inferius ait·Sicut ꝓ inobedientiā vnius hominis pctōres cōstituti sunt multi·ita tē·Euidenter inquiunt etiā ipo noie exprimit apl̄us pctm̄ qđ ꝓ vnū hominē intrauit in mūdum·scz inobedientiaz·Inobedientia vero peccatum actuale est·

Quō pctm̄ intrasse in mūdū dicūt· c

Hoc aūt dicunt intrasse in mundū non traducti one originis·sz similitudie ꝑuaricatiōis·omnes·qz in illo vno peccasse dicunt·qz omnibꝰ ille vnꝰ peccandi exemplum extitit· Hoc male senserūt quidā heretici qui dicti sunt pelagiani· De quibus Aug·in li·de baptismo ꝑuloꝛ cōmemoꝛat dicens·Sciendū ẽ inquit hereticos quosdā qui nominati sunt pelegiani dixisse pctm̄ prime trāsgressionis in alios homines nō ꝓpagatione sed imitatione transisse·vñ etiā in ꝑuulis nolunt credere ꝓ baptismū solui originale peccatū·qđ in nascentibus nullū esse oīno contendunt·sz eis dicitur·qz si apl̄s pctm̄ imitationis nō ꝓpagatiōis intelligi voluisset·ei⁹ principē nō adā sz diabolū diceret·De q̄ in li·Sap̄·dr·Inuidia diaboli mors introuit in orbem terraz· Et qz nō vult intelligi ꝑ esse factū ꝓpagatione sz imitatione·ꝑtinuo subiunxit scriptura·Imitant̄ aūt eum q̄ sunt ex parte ipsius·Imitant̄ quidē adā quotqt̄ ꝓ inobedientiā transgrediunt̄ mandatū dei·Sz aliud est qđ exemplū est voluntate peccantib⁹·aliud qđ ozigo est cū pctō nascentib⁹·Nō ẽ igit̄ accipiendum pctm̄ ade transisse in oēs imitatiōis tm̄ exēplo· sed ꝓpagatiōis z originis vicio·

Hic apit illđ esse pctm̄ originale quod transit in posteros. d

Et est illud pctm̄ originale·vt apte Aug⁹·testat qđ ꝓ adā transiuit in oēs ꝓ eius carnē viciatā cō cupiscentialiter generatos·

Supposito qđ pctm̄ ꝓmoꝛ pentū sit originale· inquirit vtrū sit pena vel culpa· e

Qđ diligenter inuestigandū est·qd sit· De hꝭ sancti doctoꝛes sub obscuritate locuti sunt·alz scolastici doctoꝛes varia senserunt· Quidā em̄ putant originale peccatū esse reatū pene ꝓ pctō ꝓ Quomodo dicti sum⁹ pene tpali z eterne ꝓ primi hois actu ali pctō·qz ꝓ illo vt aiūt oīnib⁹ debet̄ pena eterna·nisi ꝓ gratiā liberet̄· Juxta hoꝛ sentētiā oꝛtz dici originale pctm̄·nec culpā esse nec penā· Cui pā nō esse ipsi fatent̄·pena qđ fm eos eē non pōt· Quia si debitū pene originale peccatū ẽ·cū debitū pene nō sit pena·nec originale pctm̄ ẽ pena· Qđ etiā quidā eoꝛ admittūt·dicētes in scriptura originale pctm̄ sepe noīari reatū·z reatū ibi i telligūt (vt dictū ẽ) obnoxietatē pene·z ea rōne asserunt pctm̄ originale dici eē in ꝑuulis·qz ꝑuuli ꝓ illo primo pctō rei sunt pene·sicut ꝓ pctō inipqui pentis aliqñ exulant filij fm iusticiā foꝛi·

Qđ originale peccatum est culpa autoritatib⁹ probat· f

Sz qđ originale pctm̄ culpa sit·plurib⁹ sctoꝛ testimonijs edocet̄ sup exodi·vbi dr· Primogenitus Exo·xiij asini mutabis oue· Sꝛeg·ait· Omēs in pctis nas Sꝛeg·

¶ Quid noīe ꝓcupiscētie ītelligatur q̄ ꝺr fomes pcti· ¶ h

Noīe aūt ꝓcupiscētie nō actuz ꝓcupiscēdi ſz viciū primū ſignificauit· cū eā dixit legez carnis Vñ idē in tractatu de ℞bis apli ait· Semp pugna ē in corpore mortis hui⁹· q̄ ipa cōcupiscentia cū qua nati ſum⁹· finiri non pōt q̄diu viuimus· Quotidie minui pōt· finiri nō pōt· Que aūt eſt ꝓcupiscētia cū qua nati ſum⁹· viciū vtiq; ē q̄ pnlū habilē ꝓcupiscere facit· adultū etiam ꝓcupiscentē reddit· Sicut eñ in oculo ceci in nocte viciuz cecitatis eſt· ſz nō apparet nec diſcernit inter videntē z cecuz niſi luce veniente· ſic in puero vicium eſſe nō apparet donec etatis ꝓfectiorīs tps occurrat· quiori· z ſic dicī tur fomes· Uel etiā in diſpoſtō ne ꝓxima· z ſic ꝺr ꝓcupiſcentia Habet etiā com parari ad illō p q̄ inclinat· z ſic dicīt lex mēbroꝝ Habet etiā com parari ad illō cō tra q̄· Et ℔ duplicater· vel inq̄ tū difficilē reddit ad bonum· z ſic ꝺr lāguoꝝ natureꝝ· vel inq̄tuz ꝑdominat volū rati vt curuet eā in malū· z ſic ꝺr tyrānus· Et ſic ptz q̄ ſm diuerſas cōpationes diuerſis nomiā tur nominibus·

¶ Qz p adā originale peccacū in oēs intrauit· i· concupiſcentia· ¶ i ¶

Ex his dak intelligi q̄d ſit originale pctñ· ſcz viciū ꝓcupiſcētie· q̄d in oēs ꝓcupiſcētialiter natos p adā intrauit eoſq; viciauit· Vñ Aug⁹· in lib· de baptiſmo puuloꝝ· Adā pter imitationis exēpluz occulta etiā rabe carnalis ꝓcupiſcētie ſue· tabifi= cauit in ſe oēs de ſua ſtirpe vēturos· Vñ aplus recte ait· In quo oēs peccauerūt· Circūſpecte z ſine ambiguitate dicit hoc aplus· Siue eñ intelligatur in quo hoī e ſiue in q̄ pctō ſanū eſt· In adā eñ oēs peccauerūt vt in materia· nō ſolū ei⁹ exēplo vt dicūt pelagiani· Oēs eñ illevn⁹ hō fuerāt id eſt in eo materialiter erāt· Manifeſtū eſt itaq; oēs in adā peccaſſe· q̄ſi in maſſa· Ipe eñ p pec catū corruptus· ꝺs genuit oēs nati ſūt ſub peccato· Ex eo igit ſicut cū cri ꝓſtituti ſunt pcōres· ita et in illovno pctō q̄ intrauit in mūdū· recte omnes dicūtur peccaſſe· quia ſicut ab illo vno homine· ſic ab eodem vno pctō imunes eſſe nō poſſūt niſi ab eius reatu p xpi baptiſmū· abſoluantur· Alia ergo ſunt ꝓpria peccata in q̄bus tātū peccant quorū peccata ſūt· Aliud hoc vnū in q̄ oēs peccauerūt· i· ex quo oēs peccatores ꝓſtituti ſūt·

¶ Quod ſit illud peccatū in quo oēs peccauerunt· ſcz originale quod ex inobedientia proceſſit·

k

¶ Hoc eſt originale pctñ quo pcōres naſcūtur oēs cōcupiſcētialiter geniti· q̄d ex adā ſiue ex ei⁹ inobia emanauit z i poſteros demigrauit· Unde aplus ꝓſequēter· p inobediētiā vni⁹ hois· multos dicit ꝓſtitutos cē pcōres· q̄ē actuale pctñ· Cū aūt dixerit pvnū hoīem pctñ intraſſe i mundū· z in eo oēs peccaſſe· q̄d de originali dictū eē

Aug· in li· de bapt· p· uul· q̄uo ītelligat i q̄ oēs peccauerunt·

Eee

Aug⁹· Aug· q̄s in li· de natura z gra· de ℔ eodem ſic ait· Oēs (vt ait aplus) peccauerūt· vtiq; vel in ſeipis vel in adā· q̄ ſine pctō nō ſūt· vl q̄d originalit cō traxerūt· vl q̄d malis moꝝib⁹ addiderūt· ¶ Pctñ eñ primi hois nō ſolū ipm· ſz oē necauit gen⁹ hu manū· q̄ ex eo dānationē ſil z culpā ſuſcepimus

Rom· v· Idē ſup ps· l· Q̄d de corpe mortuo ſeminat· cum vinculo pcti originalis naſcit z mortis· Ideo igitur ſei liq̄tatib⁹ ꝓceptū dicit dauid· q̄ in oīb⁹ trahitur iniq̄tas ex adā z vinculū mortis· Nemo eñ naſcit· niſi trahēs penā z meritū pene· Merituz aūt pene pctñ eſt· Dis g̃ q̄ naſcit p carnis cōcupiſcentiā· pctñ trahit· ¶ Pctñ itaq; originale culpa ē quā oēs ꝓcupiſcētialiter ꝓcepti trahūt· Unde et nullaten⁹ dubites oēm hoīem q̄ p cōcubitum viri z mulieris ꝓcipit· cū originali pctō naſci· impietati ſubditū· morticiq; ſubiectū· z ob ℔ natura ire naſci filiū· a qua nullus liberat niſi p fidē mediatoris dei z hoīm· ihs z alijs auctoritatib⁹ eui dēter oñdit pctñ originale culpā eſſe· z in oībus ꝓcupiſcentialiter gentis trahi a parētib⁹· ¶

Aug· in li· de bapt· p· uul· q̄uo ītelligat i q̄ oēs peccauerunt·

Ecclēſia dogmatibus

1 a ¶ Circa iſtam litterā notandū q̄ cum magiſter noīet pctñ originale octo noīb⁹ ſcz originale peccatū· legē carnis cōcupiſcibilitatē· fomitē· cōcupiſcētiam· legez membroꝝ· languorem nature· tyrānum· gūo diſtinguat illa noīa dōm q̄ originale pctñ habet cō parari ad id a q̄ eſt· z ſic dicit originale pctñ· q̄a eſt ab origine· dicitur etiā lex carnis· q̄· cōtrahit mediante carne Habet etiā com parari ad iſtud ad q̄d ē· ſiue ad q̄d inclinat· z ℔ vel in diſpoſitō ne remota· z ſic dicit ꝓcupiſcibilitas· Uel in diſpoſitione ꝓpin

a ¶ Inquirit vtrū pctñ originale ſit ꝓcupia vel alia culpa· ¶ g

a Nunc ſupeſt videre q̄d ſit ipm originale pctñ· Q̄d cū non ſit actuale· nō eſt actus ſiue motꝰ aie vel corpis· Si eñ actus eſt aie vel corporis· actuale itaq; pctñ eſt· Sz actuale nō eſt· nō eſt g̃ actus vel motꝰ· Quid g̃ originale pctñ· ꝺr fomes peccati ſcz ꝓcupiſcentia vel ꝓcupiſcibilitas q̄ dicit lex mēbroꝝ· ſiue lāguor nature· ſiue tyrannus qui eſt in membris noſtris ſiue lex carnis· Vñ Augꝰ· in li· de baptiſmo paruuloꝝ· Eſt in nobis ꝓcupiſcentia q̄ nō eſt p mittenda regnare· Sūt z eius deſideria q̄ ſūt actuales ꝓcupiſcentie q̄ ſūt arma diaboli· q̄ veniunt ex lāguore nature· Languor aūt iſte tyrānus eſt q̄ mouet mala deſideria· Si g̃ vis cē victor tyrāni atq; inermem inimicū inuenire· nō obedias cōcupiſcentie male· Ihs verbis oñditur fomitē peccati eſſe cōcupiſcentiam·

oportet accipi.

¶ Ex q̄ sensu dictū est p inobedientiā vn⁹ multi ꝓstituti peccatores. l

Q̄d g̃ ait. p inobedientiā vn⁹ multi ꝓstituti sunt pct̄ores. eo sensu dictū esse intelligēdū est. qz ex inobediēcia ade. s. ex pct̄o actuali ade ꝓcessit originale pctm̄ q̄ oēs pct̄ores nascunt. vt r in illo esset. r in oēs transiret.

¶ Q̄ pctm̄ originale in adā fuit r ī nobis ē. m

Ulū Aug. Juliano heretico nullū pctm̄ in puulis eē cōfitenti rndens apte asserit pctm̄ originale ex volūtate ade ꝓcessisse. ac pei⁹ inobediē-
Questio Juliani. P°. Aug. tiā ī mūdū intrasse. Querit em̄ Julian⁹ p q̄d peccatū inuenit in puulo. ita inq̄ens. Mō peccat iste q̄ nascit. Mō peccat ille q̄ genuit. Mō peccat ille q̄ ꝓdidit. Per q̄s igit̄ rimas int̄ tot p̄sidia inocētie pctm̄ fingis ingressū. Et rndet scta pagina.
Questio Juliani. Per vnū hoiem pctm̄ ī trauit ī mundū. p vn⁹ inobedientiā ait Aplꝰ. Quid q̄rit ampli⁹. q̄d q̄rit apti⁹. Jtē inq̄t Julian⁹. Si p hoiem pctm̄ ī trauit in mundū. pctm̄ vel ex volūtate ē. vl ex natura ē. Si ex volūtate ē. mala ē volūtas q̄ pctm̄ facit. Si
P°. Aug. aūt ex natura ē. mala ē natura. Cui rndeo. ex volūtate pctm̄ ē. Querit forte. Utrū originale peccatū ex volūtate sit. Rndeo. p̄fus r originale peccatū ex volūtate eē. qz ꝫ ex volūtate p̄mi hois seminatū est vt in illo esset. r in oēs transiret.

¶ Obiectio quozūdā cōtra id q̄d supra dictū est oēs in adā fuisse homines. ll

Ad hoc aūt q̄d dixim⁹ in adā fuisse oēs hoies. q̄dā xboz sectatores sic obijciūt dicētes. Mon ois caro q̄ ab adā traducta est. ī eo simul existere potuit. qz multo maioris q̄titatis ē q̄s fuit corp⁹ ade. In q̄ nec tot etiā a thomi fuerī q̄t ab eo hoies descenderūt. Quocirca vex nō esse asserunt sbam vniuscuiusq̄ in primo fuisse parēte.

¶ Q̄o oēs dicunt in adā fuisse q̄n̄ peccauit fm rōnem seminalē. r q̄o ex deo descēderint. sz legē ꝓpagationis. o

Quib⁹ rnderi p̄t. q materialit atq̄ cāliter. non formaliter oz fuisse in p̄mo hoie oē q̄d in hūanis corpib⁹ naturaliter ē descēditq̄ a p̄mo parēte lege ꝓpagatiōis. r in se auctū r multiplicatū ē nulla exteriori sba in id trāseūte. r ip̄m in futuro resurget. Fomētū quidē hz a cibis. sz nō quertunt. Quō p. cibi in hūanā sbam. q̄ sez p ꝓpagationē descēdit pagationis defendit. ab adā. Trāsmisit em̄ adā modicū q̄d de sba sua ī corpa filioz q̄n eos ꝓcreauit. i. aliq̄d modicuz de massa sbe ei⁹ diuisū ē. r in de formatū corpus filij suiq̄ multiplicatione sine rei extrinsece adiectione auctū ē. Et de illo ita augmētato aliq̄d inde se parat vñ formanf posteroz corpa. r ita ꝓgredit ꝓcreatiōis ordo lege ꝓpagatiōis vsq̄ ad finem hūani gn̄is. Itaq̄ diligēter ac ꝑspicue intelligentib⁹ ptz oēs fm corpa in adā fuisse p seminalē rōnem. r ex eo descēdisse ꝓpagatiōis lege.

¶ Q̄ nihil extrinsecū ꝙuertit in hūanam sbam q̄ est ex adaz. p

Q̄ xo nihil extrinsecū in hūani corpis naturam trāseat. veritas in euāgelio significat dicēs. Oē q̄d intrat ī nos in ventrē vadit r i secessū emittit. Quod etiā rōne oñdi p̄t hoc mō. Puer q̄ statim post ortū mozit. in illa statura resurget quam habitur⁹ erat si viueret vsq̄ ad etatē. xxx. annoz nullo vicio corpis impedit⁹. Clū g̃ illa sba q̄ adeo pua fuit mortua. in resurrectōe tā magna erit. ni si sui in se multiplicatiōe. Clñ apparet q̄ etiā si viueret. nō aliūde. sz in se augmētaret illa sba. Sicut costa de q̄ facta ē mulier. r sicut panes euāgelici. Mō inficiamur tñ q̄n cibi r humores i carnez r sanguinē trāseūt. sz nō in veritate hūane nature q̄ a p̄mis descēdit pentib⁹. q̄ sola in resurrectione erit. reliq̄ xo caro ī quācibi trāseūt tranq̄ superflua in resurrectiōe deponet. q̄ tñ ciboz aliarūq̄ rerū fomētis coalescit.

HD intelligentiā but⁹ ptis fm tria q̄ determinat mgr̄ in lra incidit hic q̄stio circa tria. Primo nā q̄ q̄rit de originalis pct̄i entitate. Scōo de q̄ditate. Tertio r vltimo de veritate hūane nature. Quātū ad primū articulū q̄runt duo. Primo q̄rit vtrū corruptio q̄ est in natura hūana insit ei ex primo ortu sue ꝓditionis. vel ex merito p̄me trāsgressionis. Scōo dato q̄ merito trāsgressionis est q̄stio. vtrum ꝓpter pctm̄ ade hūana natura sit corrupta penaliter tm̄. an etiā penaliter r culpabiliter. ¶ Questio I a

Utrū corruptio quā videmus in hūana natura insit ei ex sue cōditionis primordio. an ex pct̄i merito. Et q̄ nō insit ex sue ꝓditionis p̄mordio. sed ex pct̄i merito. vide
2 tur tā ex ordine diuine iusticie. q̄s ex ordine sapiētie. q̄s etiā ex ordine bonitatis. Est em̄ triplex ordo in creaturis. q̄ p iusticiā fit remuneratio ordinationū r merito-rum. q̄ sapiētiā xo ordinatio partiū ad seinuicē. q̄ bonitatem xo ordinatio rez in suū finē. Ex pte diuine iusti-cie arguit sic. Nullus affligit pena nisi p̄cedat culpa. sed nihil aliud est pena q̄s passio inuolūtaria in rōnali creatura. g̃ nullo mō talis passio fuit in hoie antēq̄s p̄cessit in eo culpa. igit talis corruptio nō fuit in hūana natura a p̄mordio siue ꝓditiōis. sz ex merito trāsgressionis. ¶ Jtē a sūma eētate iusticie nulla ꝓcedit curuitas vel obliq̄tas. sz hūana natura nō solū corrupta est corruptione penalitatis. verū etiā corruptione carnis. q̄ videm⁹ hoies ex corruptiōe sibi indita inclinari ad malum. g̃ nunq̄s a diuina iusticia ꝓcessit q̄ hūana natura sit corrupta in sui p̄mordio. g̃ si corrupta est hoc est solum peccati merito. ¶ Ex ordine aūt sapiētie arguit sic. vbicūq̄ est sūma sapientia ibi est sūma pulcritudo. sic exponit aug. in li. de tri. ibi qualiter species appropriatur filio. sed a sūma pulcritudine nihil ꝓcedit sedū aut turpe. nihil q̄ rōnalem offendit aspectū. sed in hoiero-nē vrente sūt alique passiones cōnaturales de quibus rōnabiliter erubescit. g̃ passio talis nunq̄s fuit in hoie.

